

278.

Decorative floral stamp

Biblioteca de Santa

390

278.

Biblioteca de Santa Cruz

390

A. 218

M. 390

~~374~~
~~26~~ ~~26~~

218.

R.

Tractus de Scientia Dei.
 Authore Rdo P. Petro Abarcia
 Societatis Iesu

In Collegio Vallis-Sietano S. Ambrosij,
 Cuiusdem Societatis Theologiae
 Professore

Anno Domini. 1655



272
Johann de. ...

Mit dem ...

...
...
...



De hac materia disputant veteres Theologi cum Magistro sententiarum in .1.
a dist. 35. ad. 39. Omnium autem accuratissime, et locupletissime, atq; divinis spe-
ribus extra commentarios eandem nri D. D. examinarunt, postquam de futurorum scientia
stroveit caput. Illam v. in tres partes, seu tractatus, distinctionis, et claritatis
gratia, distribuendam esse duxi. In .1. tractatu agemus de scientia Dei necessaria:
in .2. de scientia libera, et absoluta futurorum. In .3. de scientia pure stinguenti,
aditionata, seu Media...

108 f. 1



TRACTATUS. I. De Scientia Dei Necessaria.

Scientiam Dei Necessariam appellant Theologi illa, sine qua Deus existere mini-
me poterat; qualis est sua natura, et attributorum contemplatio; nec non om-
nium creaturarum ut possibilium comprehensio.

DISPUTATIO. I. De Existencia Scientia Divina.

Sectio. I.

An Scientia Divina existentia ex Dei immaterialitate recte
Demonstretur?

1 ¶ Divina Scientiam ubique predicant nostra fidei macula: clamant cum,
sublunaria, tum caelestia elegantissima orbis aedificia: probant insuper pos-
picue nobilissimum vitae Divinae genus, necessaria felicitas, dominatrix li-
bertas, atq; omnium provida voluntas: demonstrat denique ipsa sapien-
tia praesipientibus excellentia; qua manifeste perfectio simpliciter sim-
plex est, quam videlicet habere semper, et ubiq; melius, et nobilius reputa-
ri debet.

2 ¶ Verum, cum haec ita se habeant, multa quae, et illustria demonstra-
tionum capita contineant: placuit tamen Academicis non parum contende-
re circa rationem, qua D. Thomas ar. 1. Divina scientia probat existentiam.
Contentio quidem et latitudine sua, et nominum obscuritate impeditior,
quam utilior esse videtur: quid enim nra, Theologia, aut publica
rei interest, An illo, et mo ab immaterialitate accepto argumento

107801
bene, ve male probetur Scientia Dei existens; quando tot evidentes omnibus
abunde supersunt probationes? Sed ut morem disputatoribus geramus,
scholarum lege tenemur.

¶ Discursum igitur, & probationem suam sic explicat Angelicus Doctor 3.
Omne immateriale est cognoscitivum: & secundum modum immaterialitatis
est modus cognoscendi. Sed Deus est summus immaterialis: ergo est summus
cognoscitivus. Consequentia est legitima. Minorum supponit S. D. ut certam,
& probatam in superioribus. Maior, autem, probat; nam eo differt cognoscens a
non cognoscente, ut cognoscenti habeat quandam amplitudinem, secundum quam est
potens habere præter formam suam; aliarum etiam rerum; formas, nempe species
intentionales, quæ obiectum appellantur forme: non cognoscenti vero eius est li-
mitationis, & restrictionis, ut ultra suam formam, aliorum formas non habeat;
aut suscipiat. Sed materia est radix, ac principium limitationis, & restrictionis ad
unam suam formam: & propterea est contrarius defectus materia amplitudine, quandam
& universality, oppositæ fundabit. Constat igitur, materialitatem esse radicem, & ra-
tionem non cognoscendi; immaterialitatem vero cognoscendi.

¶ Præfatum argumentum sæpe a D. Thoma assumptum ubique Philosophi
tamquam omnium profundissimum adducunt, & maxime commendant. Illud etiam
nostri Theologi pia & S. Doctores obsequio multis explicacionibus, & non semel prolixis,
sæpeque variantibus fundamentis protegere soliti sunt. Impugnare tamen Oxam,
Gabriel, Gregorius, & Barrolis: eorumque imitantur nonnulli, ut Ariaga
disp. 15. & Petrus Huatado in m. s.

¶ Variè quidem, ut dicebam, illam D. Thoma rationem suscipi- 9
unt Theologi: principis enim nomine substantiæ immaterialis antiqui-
ores intelligebant substantiam à materia corporea, & quantitate molis
abstractam, & independentem: è contrario vero substantiam
materialem dicebant eam, quæ vere corporeitatis est participat.

¶ Quatuor tamen sunt, quæ discursum ita explicatum va- 6
lida impugnant, argumenta. Primum: Bruta, quæ omnino materialia
sunt, cognoscitiva esse: atque ita immaterialitatem non esse ra-
dicem, nec mensuram cognitionis. Secundum: nec certum, nec demonstra-
bile esse, repugnare aliquam substantiam spiritivalem, quæ tamen cog-
noscitiva non sit: sicut plures corporeæ sunt, & cognitionis capaces: quæ
propter immaterialitatem non est infallibilis cognoscendi radix. 3.º magis non esse magis
radicem

radicem contractio ad unam formam, quoniam est contrarius: et n. materia est incapax
 recipiendi plures formas; ita forma ex se impotens est, ut plures materias informet. Immo
 3. unaquaque res, vel Deus ipsa per suam unitatem est detractus ad unam quasi for-
 mam. 4. materia ut summum est causam restrictionis ad suam formam subst-
 tantialem, ac physicam; non tamen ulla ratione probari posse, materiam esse causam, ne fiat exten-
 sio ad formas intentionales. Quippe eandem materiam hinc domo, hinc, et ignis: at ob
 diuersas substantiales formas, homo multum extenditur ad aliarum rerum formas, seu spe-
 cies; leo parum, et ignis nihil. Maneat ergo nec ab immateriali perfectionem
 cognoscendi; neque ab opposita materiali cognitionis defectum probari posse.

7. ¶ Ob has difficultates Thomista recentiores, et ex nostris non pauci alias pra-
 dicti discursus defensionem cogitauerunt. Illa autem apud Thomistas praecipua
 vulgata est, quam affert, et protegere conatur Ioannes a S. Thoma in pra-
 senti. Nempe, in illo S. Thoma discursu immaterialitatis, versus surpandam non
 fore pro sola negatione materiae, seu corporis: sed etiam pro illa perfectione subst-
 tantia, quae elevata est ab imperfectione, et modo, quem habet materia in reci-
 piendo formas, et in quo materiam imitantur omnia subiecta, siue corpora, siue
 spiritualia, quatenus in se recipiunt, et coniungunt sibi intrinsece formas, vel subst-
 tantiales, vel accidentales, nempe secundum proprias earum entitates veluti
 materialiter, et corporee acceptas: adeo quidem, ut ipsa natura Angelica materialis,
 et immaterialis dicatur: materialis quidem, quatenus simul, cum subsistentia,
 potentia, habitibus, et alijs accidentibus entitatis, et secundum corpora sua in-
 trinsece habitus, et unitus, est subiectum constituens, et componens aliquam ef-
 fectum formalem: immaterialis vero, quatenus alias res, nempe subiecta
 a se distincta unit sibi modo quodam intentionali altiori, formali, spiritu-
 ali, et a conditionis materiae defecto; intentionali scilicet, ac representatiua,
 atque ita relinquente subiecta desoris secundum proprias entitates, et quasi cor-
 pora sua.

8. ¶ Ceterum violentus hic, allegoricus, atque vericolor nominum abusus, et qui
 confusionibus, quoniam demonstrationibus proprio haberi debetur, genuino corporei-
 tatis, et incorporeitatis, seu materialis, et immaterialis apud S. Thomam, sensui con-
 trarius omnino est, ut textum, et probationes ibi citatas legenti constabit.
 Verum istis praetermissis Thoma impugno. 1. Deus non tamen alias res cognoscit, sed
 primo, ac praecipue se ipsum. Atqui quatenus se, omnia quae sua agnoscit, non habet illius
 immaterialitatis, et amplioris modus, quo ultra propria formam ad aliarum rerum formas,

seu species extendatur: ut enim se ipsum cognoscit, non alterius rei forma, sed sui
et suam, atque eam quidem substantialem tenet. Rursus ipsa sui cognitio, vel
species exigit, ut cognoscens sit entitativus, et cum ipsa obiecta quasi corpore
coniunctissimus: idque eadem representat, et cum veritate affirmat, tenet que.
Ergo nec Deus quatenus sua contemplatur, est in sensu illo Philis immaterialis;
quin potius materialissimus; neque ab immaterialitate sumpta pro amplitudi-
ne illa ad aliarum rerum formas, et quicquid potari valet nobilissima Dei sapientia,
qualis est scientia visionis sui. Non ab simile argumentum conspici potest in
visione Divina intuente humanitate, Chelibi physica Res unitam, in qua
scilicet inhabitat plenitudo divinitatis corporaliter, ut Augustinus loquebatur.

¶ Impugno. 2.^o Nam Deus per suam omnipotentiam, atque in genere
omnia causa etiam creata extenditur ad habendos, seu recipiendos effectus
suis extrinsecos, sive ut peribiles, sive ut existentes modo quodam spirituali
et incorporeo; non minus, quam per scientiam simplicis intelligentie, aut visionis.
Sed hec immaterialitas non est radix cognoscendi: alioquin omnis causa creata
suorum affectuum cognoscitiva foret. Ergo immaterialitas usurpata pro exten-
sione ad habendas alias res modo incorporeas, et non involvente illarum enti-
tates, seu corpora, insufficientis est principiumcludendi cognitione.

¶ Impugno. 3.^o Natura enim creata cum se sola agnoscat: aut si aliqua
foret incapax cognoscendi obiecta à se distincta: ea, inquam, vere esset
cognoscens: et tamen non haberet aliquem immaterialitatis gradum, quo extenderetur
vel extendi posset ad alias res habendas modo spirituali: ergo de ratione
omnis cognoscitivi non est immaterialitas esse illa cum incorporeitatis genere.

¶ Impugno tandem. Nam ea scientie Divina probatio est apertus, et
viciosus circulus. Sum quia probat idem per idem, ex terminis aequis, aut
certe magis incognitis; nec minus disputationi obnoxius, ut intuenti satis
patebit. Dum quia virtus cognoscendi non probatur ex amplitudine ad quascunque
aliam rerum formas, ut condit in lapide saepe suscipiente accidentia sibi peregrina:
neque ex amplitudine ad formas intentionales habendas utcumque, ut patet in aere susci-
piente species sensibilium impressas. Ergo à Thomasti Dumtaxat probatur na-
tura cognoscitiva ex illa immaterialitate, seu amplitudine ad formas intentio-
nales habitas à natura, qua est cognoscitiva per illas. Gregia quidem, et plus
clara Divina scientie demonstratio: quam sane suis Authoribus nunquam
invidemus.

12 ¶ Intermitto. a. plures nroꝝ recentioꝝ q̄ illo d. h̄a discursu defen-
siones: quippe ipsi modo in extraneos ab immaterialit̄e cept̄z abeunt:
modo ad summa p̄fectione, perfectionum ve aggregat̄e, recurrunt: modo
tandē, in priores, et a nobis iam impugnatas rases redire videntr. Quap̄pt̄
operastiū n̄ foret p̄lixiorē, opponere disputatōe.

Sectio. 2. Deciditur Disputatio.

13. ¶ Assertio. 1^a. Scientia Dei nequit ex eius immaterialit̄e absolute de-
monstrari. Hoc adeo sect. proxima patefcimꝰ, ut alia, sui confirmationem
minime possidet.

14. ¶ Assertio. 2. Semel facta sup̄p̄de, Deum eē aliqua rade, et ut-
cunq̄ plura, h̄ saltem omnia cognoscente, recte ex diuina immaterialit̄e
demonstrat̄ summa diuina scia p̄fectio. Sup̄p̄o. a. illa iure ab oibus
fieri debet, utpote per se nota etiam quoad nos: Deus. n. necesse ab oibus
apprehenditr tanqm̄ nāa maior, aut saltem equalis nobis, et quibus-
cunq̄ creaturis quoad singula p̄fectionū genera; p̄cipue v̄ quoad ex-
cellentiam cognoscendi: n̄. a. ap̄d nos ipsos claris experimtis scientia,
omniū rerū, licet op̄ua, et imperfecta, sentimur.

19. ¶ Jam Assertionis ras sit. Quo aliqua cognoscitiua substantia magis
e' materialit̄is particeps, seu pendens a m̄a corporea, corporeis ve acciden-
tibz; eō minꝰ p̄fecte cognoscit: 2^a v̄ qua minꝰ materialis, et minꝰ a
corporeis pendens est, altiḡ penetrat obiecta. Anima. r. bruti que essen-
tialem materialit̄em habet, e' q; ita pendens a m̄a, et corporeis dispositiori-
bz, ut sine illis n̄aā impotens sit existere; ea, inquam, pauca obta
et que corporea sūt, agnoscit: restringitr videlicet ad cognoscenda que
sunt eiusdem ordinis cum illa; quin ad aliarū rerū sp̄as extendat̄. At
aia rationalis, ut nos euidenter experimur, dum e' corpori diuicta,
tametsi oia cognoscit, quia n̄ in operando pendet a m̄a, et materialibz
dispositōibz, ita coarctat̄ ad p̄p̄ia sp̄a, statum, seu temperie, ut a variis
organorū aditione scias n̄as variari, turbari, et insaniere depre-
hendamꝰ: neq; e' aliquod obta sp̄uale, quod a nra corporeitate liberū
in cognoscendo relinquamꝰ, sed illud corporeis ciūda carceri includi-
mus; adeo ipsius cognoscentis corporeitatem emulat̄ cognitio: acles
etiam materialitas e' efficax p̄fecte cognitionis impedim̄tū. Anima

aut separata, et Angelus, qui expeditis oia penetrant obta, n' h'ent vllq
in operando ma'alitab, ph'ysica, ac sibi p'sente: id q' anima iuxta
naa sua p'ndere potest, secq' ac Angelus, ideo iste in cognoscendo su-
perat illam.

¶ Angelus v' ipse excedit à Deo in virtute cognoscendi; et retin-
gitur ad cognoscenda, reliqua obiecta s'm p'p'iam perfectionem, q'm nobili-
ores naas nisi cum sua regula mensuret: nam quamvis ma'alitatem
nec essentialem ut leo, neq' inadeguata, ut domo, aut maale, in operan-
do, ut anima rationalis, sortiatur: at secum affert ma'alitab quanda, obe-
dientiale, s'm qua Diuinitis dependere à corpore, aut corporeis acci-
dentib, siue in existendo, siue saltem in operando, potest: et ab acci-
dentib, ac substantiis ma'alib, et torqueri valet. Ut damnati spi-
ritib, evenit, qui .s. ab igne corporeo cruciantur: siue ph'ysice v'nto,
atq; per sensus, maale experto, ut existimavit Ripalda; siue etia ha-
bente s' additione sua, calorem ardentiore; atq; ita sicut anima nra
affligitur à nimio sui corporis calore, sic spiritus ille tanq'm anima in
corpore ignis fatigatur, ut alibi scripi: siue ut modo subtiliter opinor,
quatens demones, et damnatorum animas potentia, obedientiale, sensi-
tiam exercent, per alia .s. p'xima, et vere maale, intrinseca v'nto,
atq; per sensus, seu cognitiones corporeas; qua r'ba (non aliter ac
anima rationalis organo corporeis instructa) Angelus ut sensitiuus
miserime dolet, ac molestissime cruciatur à calore nimio, quem illi
imprimat ignis, ^{extinctor} ut pote stratis dispositib, ac temperantia ma'alibus
requiritis, h' q' seruasse illis potentie corporee, h' p'p'ius exercitio
empa obta delectabilia. De his in alibi latius: modo ad nostrum regre-
diamur discursum.

¶ Deus q' qui solus e' summe immaterialis, ut à corpore omnibus
moib, independens, nullus h'et perfectissima scientie impedimtu. Cae-
nae d. Th'as p'bat, illam perfectione censend' e'

DISPUTATIO. II.

De Potentia, et actu primo intelligendi diuina.

Omnia fere, quae in hac celebri disput. scribere possunt, tribus, aut

16

quatuor alijs materijs communia facta sunt: multa etiam solis nomi-
num attentionibus, et apprehensionibus variis speciebus nutriuntur: De illis q
partim accurato examine, partim naranda potius qm disputando, trac-
tare multig erit; nobis p̄cipue, quos gravissima reru, molimina, atq
vera disidia manent.

Sectio prima.

An sit in Deo potentia intelligendi?

- I. ¶ Suppono. 1. duo ed genera potentia, alterum improprium, seu logicum; alteru p̄prium, & physicu. Et potentia logica ea, m̄ quam, unaquaq; res nec non repugnare, potest q; p̄inde ee illo potentia genere, quo apto logica valere dicitur oga ab actu ad potentia; quam quide, n̄ modo diuina scientia, sed oib; Dei perfectionib; inesse, ut certissimu, apto ois p̄nuntiat: imo in hoc sensu unaquaq; creatura, & operas cre-
ata e potentia sui ipis, quatenus intrinsece importat p̄dicata non repugnantia. Et potentia physica, facultas illa, principiu, aut vir-
tus, qua res aliqua a se habet p̄ducere, recipere, vel tenere aliquam perfectione. De quo potentia genere nra loquitur disputo.
- II. ¶ Suppono. 2. Deo n̄ repugnare p̄pria, & physica potentia, non modo operase creaturaru, quaru oipotens e; verumetia; in ordine ad ali-
qua p̄dicata divina: communis. n. Patris, & Theologoru, sensu veras potentia
notionales Deo scedit; quatenus. s. Pater virtute sua generat Filium, & Spira-
tor p̄ducit Sp̄tu sanctu, reatu distinctu. Quapropter cum generas illa sit
per intellectu, & Spiras per voluntat, Deo etiam scedunt potentia intel-
lectua, & volitiva notionales, operase quidem ad generase, & Spirase passi-
vas tanqm ad hui reatu distinctos a principio p̄ducente. Unde modo non
de potentia notionali, sed de essentiali disputam.
- III. ¶ Suppono. 3. in Deo nulla e potentiam reale p̄ductiuam, intellectiois
ois. n. huiusmodi potentia asert reale distinctione inter p̄ducenti, & p̄ductu;
ut in Trinitate stat: intellectio. a. divina a nullo p̄dicato siue absoluto,
siue relativo Dei, reatu distinguit; ut catholica divina simplicitate
fide statutum e. Ob eandem rae, nulla e realis potentia receptiva intel-
lectionis: & rursus illa repugnans merito censetur ob imperfectione, & in-
digam potentialitab cas maalis. Unde n̄ de potentia p̄ductiuam aut

receptiva, ad de alia puris, ac sublimis viuentis disputamus.

4

¶ *Suppono. 4. questione, nra, n̄ institui de scientia Dei stringenti, ad tm̄ de necessaria: nempe sparase stringenti e' in Deo potentia quada virtualis, si actus secundo, & exercitius actuati cognoscendi videri dicatur in aliqua fortit' defectibili sm̄ denominatione intrinseca, & identificata Deo. Si. a. videri credatur in substantia, & nra scientia, ut superaddente aliquam, h̄ inaduate distincta, & accepta, à creaturis, h̄ etia aduate diuersa, & eterna denominatione: admittitur potentia intelligendi stringenter realis quoad denominationem, & obliquam nam quoad ipsa perfectionem, & substantia, s̄ stringenter sciendi; ea dem omnino habet, quam modo versamus, disputo.*

9.

¶ *Item. 1. sententia Scti Scoti, & discipulorum; qui. s. beneficio distinctionis ex nra rei intr̄ Dei nra, & intellectione, admittunt vera, potentia & verum actum. 1. intelligendi. quibus accedere credendi sunt nri illi recentiores, qui temperantiori distinctione, & proximitate virtualis nomine, eandem rem ipsa & distinctione, & potentia, cum Scoto p̄sentent. Cuius sententia varia fundamenta accurate distinguit, & sine distincte virtuali nervoso acumine illustrat L. Antonius de Quibus disp. 35. 2. sententia negat potentia & actum. 1. intelligendi realem, seu a q̄ rei: illum tm̄ affirmat ratione nra. Ita Suarez d. 30. Metaph. sect. 15. Molina, Vazquez, Granada, Sanchez, & alij tam nri, qm̄ Thoma in p̄. 3. sententia negat potentia, seu actum. 1. tam realem, qm̄ ratione nra. Sic Aureolus, Albertus, Berice, Kermelman, Thomae, & alij Thoma: quam opinionem eleganter completauit L. Gaspar de Ribadeneira d. 2.*

6

¶ *Affertio. 1. In Deo e' vera, & realis intelligendi potentia. Probat Scotus à distinctione illa sua ex nra rei intr̄ diuina, substantia, & actuati sciendi operatione. Caterum nec distinctio illa nobis p̄; nec, si p̄daret, reale, cluderet potentia, ad tm̄ forte, siue ex nra rei, aut media, p̄sentit distinctio. Probat etia, ex nri n̄nulli à distinctione & proximitate virtuali intrinseca intr̄ substantia, & intellectione Dei. At ut de Scotis dicebam, nec placet distinctio, nec potentia realis illa. Probat rursus alij à vera intelligendi operatione, seu vita intentionali; cui p̄terea nequit n̄ sua potentia intentionalis respondere, qua Deus ipse viuat. Verum ea sola viuendi, & operandi species in primis ex se n̄ postulat potentia,*

5

plurimam logicam, ut videre est in illa natura creata, qua secum haberet aliquam
 intelligentiam, reatū identificatam: illa videlicet sicut si esset a sua potentia
 seu virtute, ita nec ab ipsa, seu cum ipsa intelligeret. Deinde. Deū intelligentis
 in modo intentionatū, ad phys. etiam vivit, ut erudite ex omni Theologo
 Sumat P. Kemelman tit. 2. d. 2. cap. 7. et nris p̄bacoibz ostabit: q̄ p̄tata
 affectio ad potentiam intentionalem restringi n̄ debet. Deniq̄ Deū etiam p̄ im-
 mensitatem, omnipotentem, atq; per oia sua vivit: q̄ vel sit p̄a vivendi et illi co-
 cedenda, h̄ intentionalis et neganda.

7 ¶. Succipit alij p̄dant efficacis. 1.º Perfectio illa, rade cuiq; est
 a qua est intellectus, dicitur p̄a intelligendi. Ad in Deo adest perfectio, rade
 cuiq; est a qua est intellectus: ipse. n. a se intelligit; n̄ q̄dē ut virtute effi-
 ciente, sed plenit̄, et positive sufficiente. Ergo in Deo est p̄a intelligendi.
 2.º Vivens est principium movendi se ab intrinseco, siue operandi per se ab in-
 trinseco. Sed Deū intelligendo vivit p̄prie, et stricto. Ergo est principium, seu
 p̄a operandi per intelligentiam. Maior est ipsa vivendi descriptio. Minor
 ostat: nam Deū n̄ solum est intelligens, et intellectus, verum etiam est intelligens
 per se ipsum, per suam perfectionem, et virtutem; qua ex se est a se sufficien-
 ter habet intelligere: q̄ phys. intelligendo vivit.

8 ¶. 3.º In Deo admittimus rationem, et perfectionem, obiecti motuū, quatenus
 ipse in se, et per se cognitus oia perfecte intelligit: q̄ etiam cedenda est ratio
 principij, seu p̄a intellectus, a qua sit intellectus. 4.º Theologi in Deo
 p̄sentem naturam divinam, quamvis haec sit ipsa operatio, et quodvis attributum
 divinum: ad naturam definitur esse principium operantis, seu motus, et quietis. Ergo
 in Deo admittitur principium, seu potentia operandi. Max̄ v̄o cum sit natura
 quatenus completa ratio sit tota virtus, seu p̄a operandi: n̄ q̄dē ob indifferen-
 tiam, nec efficientiam, sed rade actualissimam necessitatis, et purissimam sufficientis.
 Postremo (sit q̄ oiy ratio a priori expressas). Deū est ens a se. Ad intellectus
 divina est Deū: q̄ intellectus divina est a se, et a Deo. Atqui illud a quo est
 intellectus, est p̄a plurimam logicam: haec. n. n̄ est virtus sufficientis ut existat opera-
 tio, quod evidenter in creaturis patet. Ergo Deitas est vera, et plurimam logica,
 intelligendi potentia. Et nimirum Deū a se, n̄ quidem vel tm̄ rade identitatis;
 aliqñ hōc etiam est ens a se, et quavis operatio creata: neq; precise negativus,
 quatenus. i. Deū non est ab alio; nam tametsi non raro vocibz negativis di-
 vina explicite asertat (ut in substantia persistat per non existens in alio,

Et in ipso Deo infinitas p[er] negatione[m] (limitis) p[er] conceptu[m], s. n[on] exi[st]enti ab aliis: at in e[o] ex p[ar]te rei cognita e[st] quaedam excellentissima, atq[ue] positiva Dei perfectio, qua de[us] creaturar[um] dependentias superat, & qua abunde de[us] possidet sine sine perfectione. Espritus igitur De[us] e[st] a se tanq[ua]m a virtute sibi sufficiente: At etiam e[st] in aeternitate, & immensitate sua, nec non e[st], & arruat se p[ro]pter se ipsum.

¶ Affectio .2. In Deo non e[st] actus primus realis, ex natura rei, aut intrinsece virtualis ad intelligendum. Ne. a. istas potentias, & actus primi diversas & superares, & affectiones miretur; nota, in nobis, atq[ue] in Trinitate, unamquamq[ue] potentia[m] duob[us] conceptib[us], & quasi officij[is] virtutis: e[st] n[on] in primis virtus a qua, seu cuius vi et perfectione existit aliqua operatio: e[st] in super-reali distincta ab operatioe et t[er]m[in]o, atq[ue] ita e[st] prior. Juxta quoru[m] conceptu[m] vocatur potentia: & posteriorem vero actus primus; operatio. s. ut quid distinctu[m], & ordine causalitatis, seu originis ante ad operatioe[m], qua propterea actus .2. & ultimus appellatur.

¶ Jam affectionis quoad in promptu e[st]. Nempe nulla e[st] realis distinctio, & prioritas inter diuinam substantia[m], ac intellectio[n]em: nulla etiam e[st] ex natura rei, fortis, aut virtualis intrinseca. Ergo nullus e[st] ex p[ar]te rei, seu obiecti actus primus, vel secundus. Iga conditio, quia primum, & secundum, qua t[er]m[in]a important simile, inter se distinctio[n]is, & opposit[is] specie, ut in Trinitate Personis constat. Ans. a. quoad realem distinctio[n]em, certissim[us] e[st]. Quoad fortem, mediam, siue ex natura rei; necnon quoad virtuale[m] intrinseca[m], communissimum etiam e[st] Theologis aduers[us] o[mn]es Scotistas, & paucos n[ost]ros recentiores. Quamvis, ut verum fatear, de Thistarum sententia firmu[m] iudiciu[m] ferre non possum: ipsi enim moderato, et temperato distinctio[n]is ratio[n]is, seu fundamentalis nomine, tum h[ic], tum alia[rum] saepe ipsa[rum] Scoti distinctio[n]em, media[m], seu forte[m] p[ro]fiteri se ipsa vident[ur]: quod quidem sua illius distinctio[n]is beneficio ubiq[ue] tam in diuinis, q[ua]m in creatis diuersa p[ro]dicata (n[on] sec[un]d[u]m ac Scotus diuersas fortitates) expedite primu[m] cum reali identitate amplectunt[ur]; p[ro]dicata aut[em] diuersa requirunt n[on] e[ss]e diuersa fortitates: quapropter ego reale vtriusq[ue] nisi distinctu[m] percipere n[on] valeo. Max[ime] vero cum videam in Trinitatis mysterio vniuersas Thista, Scoti, & Societatis scholar[um], nullo ferre excepto, admittere eade[m] p[ro]dicata contradictoria communicationis, & incommunicationis inter natura[m] & Personalitatem; quam propterea p[ro]dicatoru[m] oppositio[n]em, cum ipsa apud

oes una credatur, significare hoc potest, quam illo distinctioris vocabulo, unica erit nostras apprehensionum, & nominis stentio.

II. ¶ Breviter. a. oem intrinsecam, & ex p^{te} obiecti distinctionem sive formalem, sive virtuale, appelles, intr virtutem intellectiva, & scientiam, actualem in Deo sic modo impugno. Nullum est predicatum, veniens natura seu potentia, quod re ipsa intellectioni non quadret, de ipsa se negari possit: quippe si intellectio est a natura, seu potentia, ita est a se ipsa, & potestas intelligendi est etiam ab intellectu. A seitas. n. est predicatum, seu perfectio non postulans intrinsecum discrimen, h^{ic} ordinem, fortitatem: alioquin ea, quae prior est, aliam, & aliam sine fine postularet, se virtualiter priore; ne. s. existeret a se, sed semper ab alia anteriori. Sic ubi dicitur Deus ens a se, h^{ic} a se non est aliquod predicatum, seu fortitas ex p^{te} obiecti Deum ipsum, seu divinae entitatis antecedens; non enim se ipsam intrinsecum antecedere potest. Sic etiam, ubi divina intellectio dicitur essentiam Dei respicere tanquam sui motivum; non ideo credimus motivum illud esse distinctum, & prius ipsa intellectione; cum haec eadem et ad se trahat, & propter se existat. Similiter igitur scientia divina omnino est a se, atque ita ipsa sine ulla intrinsecum virtuali distinctione est indivisibilis actualis intellectio, & potentia.

12 ¶ Assertio. 3. Deo capi venit actus. 1^{us} intelligendi ratione nostra: capi vero nec ratione, nisi tantummodo ratiocinante, h^{ic} fingente, nempe Deo a nobis diversimodum cognosci potest apprehensionibus directis in ipsum euntibus. 1^o diversis apprehensionibus, seu definitis, nullas videlicet fingentibus distinctiones, sed eam forte precisione constituentibus: & tunc Deus apud nos dicitur ratione nostra distinctus in varia predicata, seu tenens diversas formalitates ratione nostra: 2^o una apprehensione fingente, & ratiocinante quandam obiectivam distinctionem; quod tamen dicitur non sufficere ad propriam, & veram distinctionem rationis; non enim ipsae definitiones, quae rationes appellantur, in se diverse sunt: sicut nec ad corporeitatem, & alias imperfectiones Deo ratione nostra tribuendas sufficit fictio, & falsitas nostrae cognitionis. Atqui potentiam & actum distinguere, vel non distinguere ratione nostra, est actus primus & secundus existere, vel non existere ratione nostra. Ergo actus. 1^{us} & 2^{us} Deo veniunt quoties diversis, & ordinatis apprehensionibus veram illius potentiam, & veram eiusdem intellectiorem recipimus; nec ideo si una apprehensione obiectivam prioritatem fingamus, peregrina, & de Deo applicemus.

Verum doctrinam ista, multis delusionibus sternendis max^e 13
 promptam alio firmare oportet: plures videlicet q^u statum apprehen-
 dendi discrimen n̄ satis observauerunt, ubiq; inculcant, Deum n̄ magis 14
 posse appellari actum. 1^o & 2^o rade n̄ra, qm̄ corporeum ex. g. ; cum in
 se n̄ ming sit indiuis, & incapax primi, & secundi, quam est intrinse
 incorporeus. Rem igr sic declaro. Vbi due sunt in n̄ro intellectu appre-
 hensiones, & definitiones, quarum priori exprimat^r capacitas, & virtus
 diuina intelligendi; posteriori vero ipsum describit^r actuale exercitium:
 tunc certe ratione nostra, atq; sine ulla p̄tione, id per extrinsecas deno-
 minaces, dicit^r ipse Deus actus primus, & secundus: sicut vere dicitur
 idem obiectum diuinum cognitum abstractiue; necnon distinctum, &
multiplex rade n̄ra. At vbi vn̄a apprehensione, & vna entitate di-
 uina, in duas fortitates, seu obta, ex. g. actum primum, & secundum,
 tunc fingim^{us}, fals^o q^u apprehendim^{us}, vel applicam^{us} quandam distin-
 ctione, & priorit^{ate} obiectiua, & chimerica, des re ipsa, & vera rade.
 minime veniente: quapropter n̄ possum^{us} iudicio adueniente, & supra
 illam apprehensionem reflectente affirmare, Deum e^{ss}e actum primum,
 & secundum rade n̄ra. 14.

Ceterum turbidus noster intellectus, turbatus ipse corporeis spe-
 ciebus ac figuris, corporeitate, quandam semper ex p̄ obiecti pingit, &
 fingit: cum in ipsa nostra circa Deum cognitio in se corporea non sit,
 & corporeitate, iminiscit^r: propterea intellectus idem non potest iudi-
 cio subieq; corporeit^{ate} intrinsecam, aut extrinsecas, des cum veritate im-
 putare. Exemplum sit in logica natura vniuersali: talis enim dicitur
 ea natura, seu indiuiduorum collectio realiter extrinsece per denomina-
 tionem a n̄tra apprehensione sp̄ra, siue abstractente; que. s. n̄ singat
 n̄ra, ex p̄ obiecti abstractam a singularibus, sed extrinsece abstracta, ex
 modo suo tendenti constituat. Sic igr Deus erit actus. 1^o & 2^o rade,
 n̄ra, quater talis obiectiue n̄ singat^r, & extrinsece ab ipso apprehensio-
 num ordine denominetur: sicut etia, rade n̄ra distingui dicit^r in
 varias fortitates, n̄ quidem cogit^r a nobis, & a n̄ra cognitione, ex-
 trinsece constitutas.

3

Sectio secunda.

7

Argumenta contraria, et eorum solutiones.

Argues. 1. aduersus primam Assertionem. Potentia physica nullibi extra casu nostra Disputationis inuenitur sine distinctione, et prioritate reali, ut patet tam in creaturis, quam in Trinitate: quod sine exemplo diuini intellectus appellamus potentiam physica intelligendi. Retorquas argumentum: Potentia logica nullibi extra casum Disputationis nre inuenitur cum perfectione sufficiente ut operari sit a se, et non ab alio: quod sine exemplo diuini intellectus appellatur aduersarij potam duntaxat logicam intelligendi. Quapropter respondes. 1. mihi si ades gratum esse nomen potentia physica quoniam est potentia plusquam logica, atque ita illa virtus intelligendi metaphysica, seu theologica potentia vocari possit. 2. 2. speciem diuini perfectionis, utpote omnino singularem, non tam exemplorum immunionem, quam definitionis applicatam postulare, ut apte aliquo nomine describatur.

2. Nulla est potentia plusquam logica, ut Deus existat, sit omnipotens, aternus, atque in summa ut ipse sit Deus. Atqui si minus est Deus, et omnipotens a se, quoniam intelligit a se ipso: quod non magis est potentia physica, quam plusquam logica ad intelligendum, quam ad extendendum. In primis argumentum evertit efficax instantia; vulgo. n. duntaxat intellectio, et valitio dicuntur operantes immanentes Dei (quod accipi possit de operantibus, et natura rationalis ut talis, et quibus tria producta respondent): quibus superadduntur procedere duas Personae in Trinitate producta: n. a. immensitas, aternitas, aut cetera, quamvis Deum actualem in propria ratione exercentibus, iussumque ad creaturas referentibus. Ergo similis virtus intelligendi, atque volendi appellari merito potest potentia, utpote cui sua respondet operatio; quamvis talis non diceretur virtus illa, qua Deus existit, et alia quavis diuina, ac substantialis excellentia. Deinde nego maiore, saltem de potentia metaphysica seu theologica; Deus. n. vere est ens a se, verumque est intellectio ab intelligente; atque ita ipse est principium, seu virtus purissime sufficiens si minus sibi, suaque existentia necnon possessionis omnium bonorum substantialis, quoniam sua vita, et intellectio.

3. aduersus 2. Assertionem. Theologi indifferenter in presenti videntur nominibus potentia, et actus primi: quod utrumque negare, et utrumque recedere debemus. 1. quod omnem potentiam esse quidem actum primum, aut realem, aut rationem nram; non tamen eodem omnino sensu; sicut etiam omnis intellectio est actus. 2. et tamen cum omnes catholice illam a se rebus in diuina substantia consistant, istum ut plerique sola ratione nra referunt.

4.^o aduers. 3. Affectionis. Cognitio frigitur distinctione, idem non
pbat, ut fortiter sunt rade distincte, qd talis distinctio cognita n̄ uenit
ip̄i obiecto. Sed neque rationis, seu apprehensionis, rade distinctio uenit
ip̄i obiecto: qd n̄ pbat, ut eis fortiter rade nra distinguat. Respondet,
nulli obiecto uenire fortiter adaequate intrinsece, sed partim intrinsece,
& partim extrinsece per denominationes a diuersis cognitionibus: quapropter
cum ois distinctio sit uel in ip̄s obiecto, h̄ in cognitione nra, necesse est,
ut ubi obiecta seu res cognite diuersitas n̄ habent, tota subsistat diuersi-
tas, atq; distinctio in nris cognitionibus: n̄ quidem, quia iste agnoscant, &
fingant aliquam distinctionem, ubi summa est realis, & uirtualis iden-
titas; alioquin n̄ terminarentur ad obiectu reale, sed ad chimericum,
neq; ponerent distinctionem rade intrinsece, eradem ex.g. uerum, & reales,
sed fringerent distinctionem reale, intrinsece, & uirtualitatem.
Verum qd ita sunt diuersa definitioes, quas nos de potentia, & actu in-
telligendi habemus, ut apprehensio ista, uirtus diuina intelligendi ex se
et ex vi sua fortis representatiois n̄ magis significet potentiam, identifica-
tam cum actu, qm distincta. Opportunus exemplus sit scriptus noster
animalis, qui ita representat animal distincte a rationali, sicut iden-
tificatum: et scriptus rationalitatis n̄ magis hominis, in quo rationale iunctum
est cum animali, qm Angelus, in quo separatum est, significat: quapro-
pter ego existimo, omne p̄cisione forte, notare p̄cisione, obliua, n̄ qd
adaequata, neq; pura, sed inadaequata, & cum uera distinctione reali,
in aliquo tertio; quatenus scriptus animalitatis ex.g. attingit seu uage
seu distributiue duas animalitates, quarum licet una sit eade, cum ratio-
nality, alia tamen realiter distinguitur.

Sectio tertia.

Infertur diuina Essentia constitutio.

Circa diuinę essentia constitutionem, noua a pleriq; aperite disputas;
p̄p̄olixa tñ, & plerumq; uocalis, & qua certe cum p̄senti ex nuper a nobis
explicata eadem, uel omnino similis est: illig p̄pterea decisione, ex nris
affectionibus istare credimus.

1.^o igitur infero, diuinę essentia (qua realiter est, & consistit in sibus
diuinis p̄dicatis, ut p̄de certum est: & uirtualiter, seu forte intrinsece,

tam in potentia, qm in actu intelligendi, ut in. 2. assert. dicebam: imo
 ut probabilior tenet opinio in oib; absolutis, et necessarij; virtute ratione
 nra ipso actu. 1. intelligendi. Essentia enim in unaquaq; re constituit illo
 sium. 1. predicato, per quod ipsam sufficienter ab omnib; alijs rebus distin-
 guere possumus, quod satis ex se unicuiq; constat, perpetua q; exemplorum
 ineluctatione firmata. rationalitas. n. ex. g. pro admirabilitate, et risibilitate
 essentia; hominis. virtute dicitur, quia per illa. 1. hsem ad oib; alijs dis-
 cernim; . Et. 1. exploratissim; logica, ac Metaphysic; assertum, Idem est
principium virtutis, et distinctivum: Deum. a. satis a reliquis discerni per
 suprema via sciendi potest, indubitatum e; debet; quandoquidem virtus
 ea apprehensiva nulli extra Deum conveniat. Dei igr essentia virtit. ratione
 nra in actu. 1. seu potest. intelligendi.

Obijcies cum plurib; Thomistis. Divina essentia recipi debet ut
 perfectissima in genere viventis: q; summa cum intelligendi actualitate.
 Et hoc, vel simili argumento paritercludendum fore divina; essentia; vir-
 tute etia; debere in actuali. volitione; cuius. i. actus spectat ad perfectionem,
 et puritatem vivendi: max; cum nra, ut actu intelligens dicatur potentia, et
 actus. 1. volendi. Quapropter distinguo ante, recipi debet ut perfectiss. perfec-
 tione se tenente ex parte nra cognitionis, nego. trage. n. ea imperfecta, dimi-
nuta q; est, n. solum circa divina, Id etia; circa creatas essentias, ut pa-
 tet in conceptu rationalitatis n. explicante admiracione, et risum: ex p. ipsius
 essentia; cognitae, concedo: e. a. summa perfectio esse virtute, et potentiam
 summa; sium apprehensivam.

Infero. 2. aliquando etiam in nro conceptu ipsa actualis intel-
 lectio simul cum potentia ingreditur divina; essentia; virtute. Una videlicet
 apprehensione spectari possumus tam virtute sciendi, qm ipsa scientia: ut
 si dicamus, substantia per se ipsam sciens. Sape. n. n. solum identificata, sed
 etiam distincta apprehendimus uno conceptu, ut dicitur in objectis relativiis.
 Atqui sub ea designata apprehensione neq; est distinctus ex p. objecti sium,
 rem usurpatis; neq; ex p. nra; cognitionis, utpote que plures n. snt: q;
 in eo casu tam actu, qm potentia sine vlla secundi, vel primi rade divina;
 essentia; virtute.

Dicit. Nos apprehendere n. possumus operando, absq; aliqua; dis-
 tinctione, et quasi egressionem illig, a potentia; seu nra. 1. 1. Apprehen-

de re substantia, et operase, tanquam una, et non est supra nostra mortalitatis
additione, quandoquidem, ^{nec} per sensum nostrum ubique distinguimus operase
a substantia, ut patet in actione, qua sol sua, derivat lucem. Neque re ipsa
facile primis apprehensionibus tanquam per se notum apparet, omnem
potentiam creatam identificandam fore cum sua operase; alioquin male dis-
putarent Theologi de possibilitate substantia, et potentia sibi identi-
ficatam intellectione. 1^a. 2. Tametsi nobis aliquando semper appare-
ret distinctio inter actum, et potentiam saltem, qua se realem, et veram, men-
titeret; at illa non rade ratiocinata intrinsece constitueret, sed rascinate
fingeret, aut ipsum obiectum. Hac. a. distinctionis species et divina
essentie institutione impetinetur omnino est: alioquin corporeitas etiam
foret essentia Dei nosse nostra substituta.

In fine disputari solet, An in Deo cedere possimus potestate
proxima intelligendi; necnon veram rase habitus; atque speciem imper-
sam? In istis quatuorculis nominalibus pro utraque sunt multi sunt
iudicia, atque sententia: videri. a. possunt apud P. Ribadeneyra d. 2.
ep. 6. quoniam in negando (saltem quia brevior est decisio) imitari iuvat.
Nempe potentia proxima ut talis, et paratiue ad remota, accepta, a-
liquam incompletiorem significat in natura, quam propterea remota, et
quasi indigente potestate, supponit esse. Habitus etiam, aut simile, in-
completiorem, aut peiorem difficultate, seu operandi tarditatem, derostat. Species
tandem, etiam si eorum vocabulum Theologis in hac materia familiaris sit, nobis
futurum erit, et potentia aliqualem a se indeterminabilitatem, necnon
obiecti absentiam, et improportionem significare solet. Hec tamen non faciunt, quo-
minus Deus eminenter potestate proxima, habitibus, et speciebus instructus sit:
utpote a se omnino potens, facilis, et detraty ad sciendos.

DISPUTATIO. III.

De obiectis Scientiae necessariae divinae

Sectio. I.

Quae praedicata sint obiectum motus Scientiae necessariae?

Obiectum motus dicimus obiectum a quo est illius scientia. Sic
motus, et forte obiectum a pure tractus, siue hoc forte etiam, siue im-
maale appelletur, distingui solet. Bisaria. a. obiectum dicitur id, a quo exiit

2a assertionis par. constantem inferri mihi videtur ex dictis.
d. 1. q. 1. art. 3. Nempe unaquaeque formalitas, Dei absolutarum in se intrin-
sice e' intelligibilis, a nobis apprehendi valet ut talis, atq; ut digna, quae
a Deo cognoscatur. Sed fortiter talis, atque tali modo apprehensa dicitur ob-
iectu, motiuu, rade nra: q' unaquaeque fortiter, atq; fortitatu, absoluta maior,
vel minor gregas e' obiectum rade nra motiuu, sive scientia: Videlicet,
aeternitas movet ad scientia, aeternitatis, ascitas, omnipotentia ad suas:
nec non. istarum junctio, vel mixtio ad scientia, omnium illarum.

Obijciunt. 1. pro divinis Relatioib; Thoma apud Thomazium d. 17. Rela-
tiones habent n' ming' qm' ipsa attributa. unica, e' eandem divina essen-
tia intelligibilitat. Intelligibilitat. n. Relatio, creata n' e', d' increata, et
ipsa entitas. Ergo Relatioes simul cum essentia constitunt unu, obiectu,
motiuu. Distinguo aut' cum Scoto, & mille alijs, atq; ni fallor, re ipsa cu
Thoma: realit, e' identice, cedo: fort', aut virtualit' intrinse, seu ex nae,
rei, nego. Pari sensu ~~obijciunt~~ distinguo sequens. Sunt videlicet iuxta
familiarem Theologorum doctrinam divina Relatioes proprietates quaedam
nae format' in se absolute p' constituta, sequentes; a quib; p'pterea non e'
divina, et aut' scientia, sed potius e' contra.

Obijciunt. 2. pro eisdem Relatioib; n'nulli ex nris Theologis. Unaquaeque
illarum e' intrinse, rade sui fort' cognoscibilis, habet ppria, intelligibili-
tate, e' veritate, qua digna e', ut penetret a Deo: q' Relatioes sunt obiectum
motiuu, divini scientia. Distinguo aut': terminative, e' p' suppositivitate,
cedo: motiuu, e' illative, nego. Terminat. i. divina scientia, e' vir-
tualit' p' supponit essentia, aut facultatib; Relat: ab essentia autem,
et non a Relatioib; e' illa eandem scientia: n' enim ipsa, movet, et in-
fert per virtutis sive vel cognoscibilitatis sufficientia, vlla Relatio div.

Obijciunt. 3. p' eisdem Relatioib; atq; etia, p' creaturis n'nulli re-
centiores nri cum L. Herice d. 5. cap. 4. Obiectu, motiuu, n' debet per
se ipsum e' principium, sive sufficiens, sive efficiens; sed tm mediante
sui specie, etiamsi ista non p'cedat ab obiecto, ut patet in speciebus An-
gelicis rerum materialium a solo Deo inditit. At divina essentia e' species,
qua p' Relatioib; movet ad illarum cognitionem, atq; etia, p' creaturis. Ergo
Relatioes, et creaturae sunt obiectum quaeq; motiuu. Distinguo Maiore;
by mediante sui specie, qua existat, h' existere possit ab obiecto, vel

10
saltem eius nomine, transeat; quae nullo modo possit existeret ab illo,
nego. Essentia. a. Divina n. e. species existens, aut potens existere forte
a Relatiob, l. illarum nomine, utpote quae virtualiter sunt posteriorer, sed,
tantum rade sui.

Obijciunt. 4. i. e. rem recentiores etiam p. creaturis. Bonitas, seu ama-
bilitas creaturarum saepe e. obiectum finale, et motivum intrinsecum actuum Divinae vo-
luntatis: ut in virtutibus moralibus Dei, amicitiam ex. g. et misericordiam plures
opinantur. Ergo etiam creaturarum veritas, seu intelligibilitas pote. esse motivum
Divini intellectus. Admitto modo. antecedens; et nego. negam. Quippe motivum
forte voluntatis n. e. ipsa obiecti bonitas ut a parte rei existens; Id. ut ab a-
marante cognita: nullus. a. e. absurdum, si cognitio Divina bonitatis creatae
quasi influat, et moveat ad divinum eiusdem bonitatis creatae amorem. At
obiectum intellectus est res ipsa in se, et x. entitate, ac veritate intrinsecam:
quae poterea ubi creata fuerit, in scientia increata, tanquam principium obiecti-
vum sufficiens, l. efficiens movere n. potest. Et quidem simili rase Divinae
Personalitatis in se, et rade sui acceptas multi satis probabiliter appellam
obiectivum, etiam motivum Divinae voluntatis: qui tamen id ipsum sparsae scientiae
negant.

Obijciunt. 5. p. ipsis creaturis. Scientia Media, atq; scientia Libera
habent pro motibus liberarum nri arbitrii operades. Raso enim, et causa, qua Deo
illas affirmat, e. qd ipsae futurae sunt, n. e. d. ut tenet nobilissimus, et an-
tiquissimus nre Theologiae assertus. Ergo etiam creature possibile sunt obiectum
motivum scientiae simpliciter intelligentis. Distinguo autem, quoad puram
denominatorem scientiae, transeat (haec autem obiecti generum n. tam motivum,
qm. medium connexionis appellari solet): quoad perfectionem, nego. Nego et
negam: nampe in scientia possibile nihil est denominasi, Id. tota in
omnes sui institutiones e. infinita perfectio, ideo q; impotens a creaturis
specie, forma, seu existentia accipere.

Sectio secunda.

Obiecta Terminativa Scientiae Necessariae.

Obiectum finitum dicimus, quod ita terminat scientiam, ut cognosca-
tur per illa: sub qua acceptio, et motivum, et pure finitum spectemur.
Quatuor autem numerari possunt obiectorum genera, quae ad scientiam

necessaria pertinerent. Videntur nempe, Deus ipse, creaturae possibili, chi-
mare, & veram carentia. 1^o ad scientiam visionis: tria v^o posteriora
ad scientiam simplicis intelligentiae spectare dicuntur.

Principio essentiae divinae, attributa, atque Relata, totum. v. Deum,
quantum in se uno, & singulis; per scientiam visionis necessariam apprehendi,
evidentis est, quoniam modo probari debeat, aut possit. Duae v^o sunt difficulta-
tes in specimine acuminis obijci solita, quae nisi apprehensionibus fabri-
catis, rase in corrigenda, & despiciente sunt. 1^a Sumitur ab infinitate
reflexionum, seu novarum scientiarum, quibus vel implicari, vel puerili studio
occupari Deus videtur: quatenus videlicet non solum agnoscit se, verum & cog-
noscit, se cognoscere; atque ita sine fine per alias, & alias revolventer cog-
nitiones. 2^a potitur ab identitate foris intrinseca scientiae, & obiecti proprii,
seu motivi. Si obiectum enim illud nihil est aliud praeter scientiam; iam Deus
nihil aliud videtur de se scire, nisi se scire: quae sciendi species videnda
foret.

Ceterum ad 1. difficultatem dicimus, illas reflexiones, atque scientiarum re-
volutiones. Quamvis apud nos ut tales, et tanquam novae scientiae alij,
& alij apprehensionibus, & nominibus explicari possint, sintque proinde rase
una synecdochematica infinitae) re ipsa, & apud se unica, est, & simpli-
cissima, notitia, uno aequalissimo intuitu omnia divina, & quae nos
multis vocabulis dividimus, apprehendente. Ad 2. respondes, Deum scire,
de se plus, & aliud, quam nos illis vocibus foris explicamus: non tamen plus
aut aliud, quoniam est in se ipsa divina cognitio. Est enim in se, tametsi a nobis
vocabulo scientiae non explicatur, illa Dei scientia aeterna, sempiterna, & aeterna.

Scientia simplicis intelligentiae obiecta tractata sunt per creatura pos-
sibilem ut talem: et quidem non modo sine esse eminentiale, & increatum, quod
habent in Deo, ex quo sunt ipse Deus omnipotens, iuxta illud Ioan. 1: Quod
factus est in ipso vita erat: verum etiam sine esse possibile, producibile, & crea-
bile proprium; quo saltem negativum, & sine potentia, distinguuntur a Deo inde-
pendenter ab exercitio actuali intrinsece existendi. Nam cum Deus a sci-
entia simplicis intelligentiae dirigatur, & gubernetur, ut decernat, & existere,
nolit multas ex creaturis possibilius; non potest non habere scientiam, quae
ipse in se cognita sunt, & non tamen per extrinsecam denominationem, ab essen-
tia divina cognita; siue inftar rerum, quae in speculo videri dicuntur.

cum

117
cum tñ n̄ ipsa, ad earum imagines proprie videantur, ut Aureolus immerito
credidit e' nullis docuisse.

Eiusdem scientiæ simplicis intelligentiæ sunt etiam obiecta tratiua cuncta,
chimæra, seu entia raris; si forte obiecta sint à rebus ipsis possibilibus dis-
tincta, atq; ita seorsim cognoscibilia, ut in ipso rerum possibilium, nuper
scripto predicamento omnino n̄ stentur. Sunt videlicet in ista causa,
duæ apud Metaphysicos sententiæ: 1^a affirmat, entia rationis, seu chimæras
esse obiecta ab omni cognoscibili reali adæquate diversa: 2^a vero negat,
à nobis, l, a Deo quidq; cognosci, quod n̄ sit aliquid obiectum, revera pos-
sibile; et illud denominatur ens raris, & impossibile, quoties s̄ merito
suum cognoscitur actu essentialiter falso, atq; a Divino penitus discrepante,
formaliter q̄ à vero dissentiente: quapropter cum Deus has nras falsitates
agnoscit, impossibilia, seu potius possibilis iniuste a nobis affirmata, vel
negata, agnoscere dicitur. Qua sola sumtaxat ratione credendum e' L. Vazq;
in presenti Deo negavisse entium raris cognitionem: quatenus .i. ipsa à
nullo intellectu sunt cognoscibilia forte, & in se, utpote de subiecto n̄ sup-
ponente: æquivalenter aut à solo intellectu falsitatis fabricatore intelligi
dicuntur.

Sunt tandem obiecta simplicis intelligentiæ negatæ, seu carentiæ re-
rum: n̄ quidem, ut in aliquo tempore posita; sic enim ad scientiæ liberam,
ut ipse creatura, spectant: ad tantum, ut possibilis, & s̄m predicata, quasi
essentialia, & intrinseca considerata. Hoc pacto loqueretur pauci illi Philosophi
qui de negatibus parum verisimiliter existimaverunt, entitates e' quardam di-
minutas, & nullis estimatis quasi reclusas, distinctas intus ab omni ente,
positivis: Cos. a. credimus cum D. Thoma, L. Suarez, & oib; antiquis, ne-
gatæ e' pura nomina, atq; de subiecto n̄ supponente, siue entia rationis
inania. Quapropter Deus n̄ ita affirmat, Carentia alterius mundi existit.
Ad negat in hunc modum, Alter mundus n̄ existit: dicendum q̄ propterea
negatæ tantum æquivalenter agnosci a Deo, quatenus videlicet, esto ipse
n̄ agnoscat negatæ, (utpote de subiecto n̄ supponente), agnosci tñ res ipsas
eas negando, quoties neganda sunt.

Quatuor hic obiectos generibus vulgò notis, & nominatis, 5^m ad-
iungere possumus: Nempe puras ab æterno potentes existere denomina-
tiones, a Deo, creaturis, & negatibus adæquate diversas; quales in

plurimae sunt naturae creaturarum, possibilitates; in mea & habitudines
illa, quibus Deus ab aeterno constituit & denominat in liberos exercitio
volendi.

DISPUTATIO. III.

De Medio increato Scientiae necessariae,
Sive, An Deus agnoscat creaturas possibles in se ipso.

Sectio prima.

Assertio affirmatiua: & essentialis Dei cum creaturis con-
nexus ostenduntur.

¶ Deum cognoscere omnes, & singulas creaturas in se ipso, nō modo
ut oblo motivo dante perfectioris, & existentia, scientia; sed etiam tamquam
in medio cognito, nihil aliud significat, quam ipsum, dum perfecte se com-
prehendit, videre, quasi reperire, & advertere in se aliquid, quod ita infalli-
biliter conexus est cum creaturam, possibilitate, eam se modo ad creaturas refertur,
ut apprehendi nō possit, nisi simul, atque indivisibiliter monstrat eadem, creaturas
movendo ad illas, sui ipsius cognitiones, quae forte etiam illarum perfecta sit
cognitio. Sub hoc igitur sensu affirmamus, Deum in se ipso ut cognito cunctas
per simplicem intelligentiam comprehendere credibile essentias. Ita sentiunt
cum D. Tho. ar. 5. Thomista. Praeterea D. Bonaventura, Durandus, & Co-
minatus, schola. Theologi etiam Societatis satis communiter: nominatim
D. Eximius lib. 3. de attribut. cap. 2. P. Molina, & Valentia sic art. 5. Scoti
mens, ut solet, disputate: ipsum affirmante, sequuntur nulli discipuli,
quos imitatur Smising. tract. 3. d. 2. q. 2. Sed ego ab opposita meae patronis.
Scotus dividere nec volo, nec possum. Authores. a. accurate relator, et expen-
sor quisque legere poterit apud duos theologiae eruditionis gigantes, Mon-
tey sicut d. 10. & Pasalum q. 14. ar. 5.

¶ Immo, hanc affectionem, firmam, & efficaci argumento.
Deus essentialiter habet, ut possibles sint per illa creatura, quae modo sunt
possibles; nō minus quidem, quoniam Deus, & Summi perfectus est. Ergo Deus
se intuendo, & ea quae intra se sunt, considerando, advertit etiam in se per-
fecte apprehensio per creaturas tamquam totas, ad quas ipse refertur, seu quae
omnipotens ex. g. essentialiter habet denominare possibles. Consequentia &
adversarij est evidens. Ant. a. occurrunt celebres illae quaestiones, de essen-
tiali

tiali omnipotentis Dei cum singulari creaturarum possibilitate, in eorum relatione ad creaturas transcendentales: scilicet, quod assumit affirmativam. De qua sane straveria non multa scribere vilius mihi est; quia in Philosophia late de hoc puncto tractant viri recentiores. Quibus, vero eas essentialis in eorum relatione, quas precipue ipsa Dei scientia nobis subministrat; et quae scientiarum possibilium in Deo simul expriment: indivisibile quod rationibus, et sequens demonstrabimus.

3. ¶ Probo igitur. 1. Deus essentialiter cognoscit de se esse unum: quod cognoscit esse ens indivisibile in se, et divisibile a quolibet alio. Sed esse indivisibile in se, et divisibile a quolibet alio, est esse distinctum ab omnibus alijs: quod Deo essentialiter est cognoscere de se, distinctum esse ab omnibus alijs. Essentialiter igitur est illi ut se apprehendenti, sic etiam alia per eandem scientiam cognoscere. Firmatur. Deo essentialiter judicatum est, distinguere ab omni creatura, saltem conditionate, sub conditione scilicet, quod sit possibilis creatura. Sed Deo essentialiter est apprehendere essentialia sua judicata. Ergo Deo essentialiter est apprehendere, quod ipse distinguat ab omni creatura sub conditione, quod illa possibilis sit. Penetrat igitur essentialiter Deus omnes creaturas, quae cum essentialiter sint possibiles, non poterit non Deus essentialiter habere, ut ipsas cognoscat, affirmatque tanquam possibiles.

4. ¶ Probo. 2. Quod Deo convenit ita saltem invariabiliter, ut ipsi quaderet, sive creaturae sint possibiles, sive impossibiles, essentialiter est illi: ut adversarij etiam fatentur. Sed Deo convenit distinctio a creaturis, repugnantia, et identitatis cum illis; sive ipsae possibiles, sive impossibiles sint: equum scilicet Deo repugnat esse vera creatura, ac esse chimeram aliquam. Ergo Deo essentialiter est repugnantia identitatis cum singulari creaturis. At Deo essentialiter convenit cum scientia representante omnia sibi essentialia: et etiam cum scientia representante necessitate, distinctionis, vel repugnantiam, identitatis cum omnibus, et singulari creaturis. Unde cum creatura, homines v.g. sint tam essentialiter possibiles, quam sunt boves, aut rationales, Deo non poterit non essentialiter convenire cum scientia vera, et affirmativa possibilitatis hominum.

5. ¶ Probo. 3. Quamvis reputetur, et permittatur esse quasi extrinseca Deo unquamque creaturarum possibilitas, et chimerarum impossibilitas: at evidens omnino est, Deum habere essentialem in eorum relatione, cum eo quod simul non sit absolute potens, et impotens placere creaturas, Petrum ex. g. Atqui Petrus esse

impossibile, necesse est cum eo, quod Deus simul sit absolute potens, & impo-
tens pducere illud: & Deus habet essentialis mentionem cum eo, quod Petrus
nō sit impossibile. Iga e' manifesta. Maior nec ipsis adversarijs dubias,
quandoquidem Deo simul potens, & nō potens, illud sit e' intra ipsum Deum,
chimera, Absurdisimū, sua scientia origo, atq' monstruosa apud voluntatem,
inconstantig: simul scilicet Deo affirmaret, & negaret, simul etia' vel-
let, & nollet efficaciter. Minore, facile firmo: nam Petrus e' impossibilem,
& Petrus e' aliquid impossibile: Petrus. a. e' aliquid impossibile, e' ali-
quod impossibile e' Petrus; qui essentialiter, & re ipsa e' unus ex possibilibus:
unde de primo ad ultimum, sive de uno ad idem, Petrus e' impossibilem,
& aliquid possibile e' impossibile, & e' d': atq' ita importat, Deum
absolute simul e' potens, & impotens, ut ipse pducat Petrus. Quapropter
divina scientia essentialiter habet cum veritate affirmare repugnan-
tia, essentialis Dei, ut Petrus sit impossibile. 6

¶ Prob. 4. Et pcedens argumentū alia luce declaro. Magna iuxta
adversarias foret Dei imperfectio identitas cum absolute creaturarū pos-
sibilitatib', & impossibilitatib', chimerarū. Ad infinitū Dei pfectione,
spectat repugnā essentis cum ei imperfectio; & ad Dei pfectionem
spectat essentialis repugnantia cum identitate & possibilitatib', & impossi-
bilitatib'. Igr scientia divina nequit apprehendere oem Dei pfectione-
nes essentialis, nisi forte agnoscat possibilitates, & impossibilitates
tanquam tres illig sua repugnantia. 7

¶ Dices fortassis, a scientia divina detrate nō affirmari, quarum
creaturarū sit possibilitas, & potig impossibilitas, per ipsarū sui cognitionem,
forte p' hunc modum, d' per alias nō ita essentis. I; Nam scientia Dei essentis,
& omnis sua pfectionis apprehensiva nō respicit in illa identitate repug-
nantia possibilitat' hominis tanqm' p'cedente, a possibili, & impossibili;
nam etia' x^a adversariis possibilitas illa per se, & a se possibilis, & ab
eterno posita e' d'; alioquin iretur in infinitū per alias, & alias p'ci-
ores quasi natura possibilitatib'. Neq' respicit possibilitat' illas, ut con-
ditionate possibilis, q' ut modo dicebas, ipsa per suas essentialis iditio-
nes e' possibilis & posita; atq' ita nō valet conditionate penitari, & affirmari:
sicut homo nequit intelligi, saltem a Deo, sub conditione forli, & intention-
nali, quod ipse sit homo, anima & rationale: scientia. n. qua sub conditione

aliquid cognoscit, p̄scindit forte a purificacōe, & negacōe ditionis; nulla
autē scientia perfecta & cōprehensiva pote' p̄scindere ab ipsa obiecti, seu
ā conceptu forti ipsius obiecti quod supponit adequatē cognoscere. Ergo talis
Dei scientia cognoscit, & affirmat unamquamq' possibilitatē, & impossibili-
tatē, ut absolute existentes: cum illis q' propterea pro sua, & intrinseca
veritate connectit; quamvis modo vltro permittam, eas esse denominades
reale, ex natura rei, aut virtualiter intrinsece a Deo distinctas.

8 ¶ Probo. 5. Deo essentialiter repugnat scientia, que modo in illo ne-
cessario n̄ sit, affirmans de homine impossibile, eē: q' essentialiter dicit
dicitur scientia habens connexionē essentialē cum homine tanq' possibili. D.
sequentia ē evidens, cum de facto Deus non habeat scientias, que homines
impossibiles representet. Probo autē. Scientia affirmans de homine impos-
sibile, eē, vel loqueretur de hoc ipso homine, qui modo possibilis ē, l. de
alio homine, qui modo chimericus, & impossibilis ē, ex. g. de Minotauro.
At scientia de priori homine loquens foret essentialiter falsa, n̄ seig' ac si
diceret de hoc homine n̄ eē hominis, animal, vivens, corpus, substantia,
aut ens; ens enim idē ē ac possibile, & homo aliquod ens verum est:
scientia autē de posteriori, & chimerico homine modo ē in Deo necessario,
extra omnes veras libertates, & absolutas contingencias. Ergo Deo essentialiter re-
pugnat scientia, que modo in illo n̄ sit affirmans, homines impossibiles, eē.

9 ¶ Probo. 6. Deo vel dicitur essentialiter innoxio cum creaturis ut pos-
sibilibus: vel essentialiter negatio illius innoxionis? Si. 1^o Dicas: rem ipsam
obtinui. Si eligas. 2^o innoxionē eandē, quam detestaris, extorques.

Essentialiter. n. negacō p̄state innoxionis, seu relacōis ad creaturas posibles,
nequit a Deo cōprehensibilis nec a nobis apprehendi, vel nominari, nisi
facta mentione innoxionis, & relacōis negatę, atq; earundē creaturarum,
ad quas Deus ipse tibi falso videbatur negare innoxionē, & relacōē. Sci-
entia igr' cōprehensiva Dei suā essentialiter postulat veritate, ut sint pos-
sibiles creature.

10 ¶ Probo ultimo. Licet Deo immerito negetur innoxio detrata cum
possibilitate Angeli; recedenda tñ ē innoxio vaga cum possibilitate, vel
impossibilitate illius (in qua certe vagā innoxionē frustrare omnino poteris
cuncta adversarius argumta; maxime vero que a summa Dei inde-
pendentia sp̄ci solent) ob ea que in tertiā p̄bōe ad maiores p̄posi-

tionem dicebam. Igitur deo essentialiter e' scientia affirmans conexiones sal-
 tem vagas cum pluralitate, & implete Angeli. At dum cognoscit Angelum
 per illam indetratam conexione scientiam, iam ipse cognoscit creaturam pos-
 sibilem: & deo essentialiter e' scientia ad ipsum notans creaturam pos-
 sibilem. Simile argumentum fieri potest in virtute illa additionata (hanc
 scilicet saltim essentialiter admittunt in deo adversarij), qua deo qua-
 tum est ex sua se potens dicitur, et non habens repugnantiam ad produci-
 endam unquam creaturam: cum virtute illa, deo in se ipso perfectiori
 apprehendat.

Sectio secunda. Argumenta contraria.

¶ Jam nunc sententia naris, et re ipsa pugnant deo, qui deo negaverunt
 relationes transcendentales ad creaturas: quamvis eorum nulli oppositum sen-
 tire, & dicere videantur, aut etiam persuadere conentur. Quapropter Scotus, qui
 in 3. dicitur. 32. q. 1. relationes illas, et conexiones negavit, scientiam quoque possi-
 bilitatis in deo ubique rejicere credendus e'; nisi forte de sententia inconsistentia
 argui merito aliquis possit. Si enim deus in se nihil habet ordinis ad
 creaturas, quamvis se totum introspiciat, nunquam videt aliquid in se per
 visionem, qua forte, et in quantum respicit divinas, et essentialiter perfectiones
 sit etiam creaturarum cognitio. Allegantur etiam Thomae, et plures alij
 antiqui: allegantur quidem, nam ego eos adversarij. cedere malo, quam
 contentione de illorum patrocinio disputare. Primum huius sententiae exploratus
 patronus fuit P. Sanchez diss. 60. cap. 2. quae sequuntur Becanus, Alber-
 ting, Amicus, Marcon, et alij.

¶ Argumentantur. I. Omnipotentia non e' prior ratione nostra, quam scientia;
 non enim deus omnia scit, quia est omnipotens, verum e' deus. Sed se obtusum prius
 est cognitione, saltem ubi motuum sit. Ergo omnipotens non e' obtusum, in quo
 deus cognoscit creaturas. Respondes negando maiorem: nam cum revera omni-
 divina perfectio absoluta sit a se, et omni sit alia, omnis etiam e' ab alia:
 quapropter ratio nostra omnia modo prior, modo posterior, quam scientia erit
 iuxta varias. s. nram apprehensionum species.

¶ II. Quamvis deus non esset omnipotens, non ideo sequitur per se cum
 intrinsicam, ipsum omnia non intellecturum. Possit enim in sua essentia,
 in primi sui perfectione, aut in alio predicato creaturas intelligere.

Ergo oīpā n̄ e' nō cognoscendi creaturas. 2^o in primis, à nobis n̄ detrari oīpā, tamqm̄ unicus medius, in quo Deo creaturas agnoscat: in sua enim essentia unitate, in alijs q; summis perfectionib; nōe nra ab oīpā p̄scedentib;, ipse agnoscat creaturas, ut ex nris p̄scedib; dicit: imō nullus e' dicitur, quod esseat n̄ referat ad creaturas, tamquam independens ab illis, tamqm̄ cognoscibile, amabile per eas, tamqm̄ repugnans identitati sui cum eis, aut etiā, tamqm̄ intelligens, amans, aut amare potens, coexistere tempore, aut loco valens, etc. Deinde nego an: qd creatura essentialit̄ dicitur respectu transcendentale, ad divinam oīpā, à creatore enim sunt intrinse creatibiles, nec alit̄ sunt possibiles.

14. ¶ 3^o Obiectu omnino dissimile, lapidib; ex.g. n̄ e' medius aptus ad cognoscendu, lapides in eo. Sed Deo e' penitus dissimilis creaturis: n̄ enī in se dicitur p̄prias illarū nōe. Ergo etc. Distinguo Altiorem: dissimile tam physicē, qm̄ obiectivē, dedit: physicē solū, et saltem s̄m̄ imperfectiones duntaxat, et cum eminentia omnis perfectionis, nego. Sape enim in causa, aut in uno relatis extremis effectus valde dissimiles, et t̄m̄ agnoscimus. Ad que, ut bene notavit Moritoyā, difficile Li. Vazquez n̄ debuit esse; quandoquidem ipse defendit, Deū creaturas intelligere in sua scientia, tamqm̄ similitudine expressa representante creaturas, et in Verbo Divino per illas p̄ducto: scientia enim Dei, et eius Verbu n̄ mirū sunt dissimilia quoad entitatē creaturā, qm̄ ipsa Dei omnipotentis, aut aliud eiusdem gradicaty.

15. ¶ Ultimo, et p̄cipue arguente à negate connexionis essentialis cu; possibilitatib;, negate, a. illas, seu repugnā, à maiori Dei existentia, qm̄ creaturarū possibilitatē, firmare conant: ut videlicet perfectio Dei à creaturis independentia subvertat, quā ex connectione, et pari veritatis necessitate labefactari arbitrant.

16. ¶ Scrupulus tamen iste levissimū rasiū videtur: Dum qd perfectio Dei independentia, eiusq; nobilissimū primatū postulanti, ut existere possint alia, à quib; sit independente, et quorū sit maxime primū: absque nec independentia foret miranda, neq; primatū magni faciendū. Dum qd ipsa Dei à creaturis essentialis independentia, ut apprehensa ab intellectu Divino dicit ad forte creaturarū cognitionē, in illis apprehensione existentē. Dum,

ga scrupulis ille quanto nobis dignè sternendo e, in adversarios gra-
visime retorquet: nos. n. negamus possibilitate videri in alio, qm in
ipsa diuina substantia per se ipsam omnium creaturarum perfectiones continet,
& sine extrinseco adiutorio sufficientissima; atq; ideo inuentione Dei seu
ipsa, nulla ex eo dependentia, admittimus: adversarij vò stituerit pos-
sibilitates a Deo distinctas, & ita necessarias, vt Deus ab ipsis nullà
vel absolutivè potestate liberare se possit; n. n. illas destruere, impedire
aut mutare valet. Ipsi igr admittunt metaphysicè maxiam inuentionem
cum aliquo, quod n. sit reatr Deus: quapropter ex ipsorum argumty Deus
re ipsa pendet, salte concomitanter, h. tamqm a posteriori à singulis
rerum possibilitatibz.

17

¶ Viceferante tñ aliqui, magnà q; animi spicentia quotidie remur-
murant: supponi. s. à nobis inuoluntè, ex iniurte identitates Dei dispositi-
cum eternis, actiuis, seu extrinsecis creaturarum possibilitatibz. Post
eiusmodi. n. suppositiones, (inquunt) nihil illà inuentione certis poterat
excogitari, utpote cum fidelitatis sibi identificatis. Sed isti de qua stio-
nis, & snia historia amice sunt edocendi. Quatuor enim modis in
hac disp^o procedere solemz ex possumz.

¶ 1^o Disputando identitatē & distinctionē: sciant nimirum aduersa-
rij nri, identitatē illā, n. supponi à nobis, tamqm volentibz ipsas a disp^o
subtrahere: Ad potis sub vna q; ex snia identitate, & inuentione, dis-
putamus, ac defendimus: certi videlicet sumz, identitatē cum possibilit^e
esse etiā inuentione, cum eādē possibilitate. Fas q; nobis respondentibz
sit, distinctionē illā, negare, quoties aduersarij ipsatē dependentiam
probare intendant.

¶ 2^o Præcindo ab identitate, & distinctione. Nos enī septem
perfectissimè argumta, alia q; indicavimus, quæ identitatis vel n. memi-
nerunt, h. nullā rade indigent.

¶ 3^o Supponendo identitatē. Nam in genere, rade q; forme logicæ,
n. valet rga ab identitate ad inuentionē; vt patet in decretis libenī,
quæ x^a plurimū opinionē Deo adquatè identificante, Deo tñ, cum illis
n. incedit. Supposita igr illà identitate, superest disputandi locus cir-
ca connexionē. Præterea riet rade distinctionis virtualis vnaquæque
diuinarū ad intra relationū, e' finalitatis, aut perfectiōis quada, ita 2^a rca

21

18

22

20

vel etiam forte nulla 2^a Thitar & Scotus), ut Persona n. habens Paterni-
 tate, ex. g. tam perfecta sit, qm illa habens: & Spiritu s. unū dūtaxat
 Relatōe prōditō n. ming. excelso e', qm Pater, & Filius qui duplici nobilita-
 tur, aut qm ipse Spiritus, qui triplici etiam dūtaxat: sicut igr Relatōe
 tiones ad extra necessariae, quales sunt aeterna possibilitates, non qd
 Deo affirmantē realitē identificatae, ideo statim apparent incapaces, ut
 sine vlla q. scigiant tamqm secundariae perfectiones: Id tales apprehēdi
 possunt, ut n. sit maior Dei perfectio habere secū identificatas plures, &
 pauciores possibilitates, qm oppositas impossibilitates: atq; ita disputari
 valet, an illa identitas permittat ea, virtualis distinctionis species, in
 quam Deus perseveraturū dicat, etiam si per impossibile illa possibilitas
 ipsi identificata n. existeret.

21 ¶ 4^o supponendo, h. potius permittendo distinctione. Nempe si
 tantū e' adversarij supponendi distinctiones amor, gratae ipsi faciendae
 licentiae. Semper tñ nos inferemus p̄dictas conexiones: tum argumētis
 à scientia Dei syrenhēntia sect. 1. de sumptis: tum alijs hactenq; indi-
 catis. Dixi, vel potius permittendo. Fatemur enim oppositas tradi-
 tionis partes, inconnexione, videlicet eorū possibilitatū distinctione,
 inferri etiam legitime posse; Deus. n. n. valet inecti cum aliquo a se
 distincto, ut adversarij etiam ostendunt. Haec tñ duas contradictorias in-
 ferendi culpa, n. quidem nrā, Id adversariorū e': nos videlicet dū-
 taxat permittimq; quam toto animo detestamur distinctiones, ut aperte
 malae, & chimericae, atq; unice p̄ter Deū necessitatis, supremae q.
 independentis, inimicae: illi. a. ut veras ponunt, ipsamq; defendunt
 aggrediuntur.

22 ¶ In fine noto, adversarios requisita admittere summas conexiones
 Dei cum unaquaq; possibilitate (atq; ita dependentias x̄ ipsos. utpote cum
 denominatione distincta): nequit. n. n. esse summa, quae par est summae
 Dei potestati, & quae à summo Dei dominio superari n. valet, quae q.
 oem contingentiā, & Libertatē. dicitur. Dices, longe maiore e' aliam
 conexione, quae essentialis, aut logica, appellare possum; & quam
 ita una res alteri alligat, ut ista per impossibile pereunte, etiam
 illa deficeret: quo vinculi genere colligantur mutuo divinae Personae
 creaturae cum Deo, & unaquaq; causa creata cum suis effectibus

ut possibilibus. Reg. a. idem periret, etiam deficientibus creaturarum
 possibilitatibus. Sed 2^o. 1^o nam quantitas ~~aliqua~~ alicuius perfectioris
 mensuranda n. e. per Natur. omnino chimericam; alioquin Deus ipse
 optimus, maximus n. dicatur, quandoque Sing. a. n. v. aliter, qui
 circa creaturam n. solus existens, verum etiam essentiar. dominus
 exerceat. neq. Personar. mysterium Summe perfectus credatur, quia
 si possibile esset quarta per immensitatem procedens Persona, iam tunc
 Personar. Personar. numerus integer n. foret. Idem de Humanita-
 tatis Christi sanctificatione, eiusq. meritis, comparatis cum alijs, & deo con-
 iunctionibus, vel per impossibile efficacioribus, philosphari possemus.
 2^a. 2^o. Similitas ista additionata, si cuius Reg. perduraturus dicitur
 creaturis etiam repugnantibus, est titulus sine re, vanus & indepen-
 dentia, & inconnexione nomen: ut perspicue desu. prox. instabit.

DISPUTATIO. V.

Appendix ad precedentem. De usu, & abusu
 Suppositionis chimericæ.

Quandoquidem disp. pced. n. semel supposuimus impossibile, vel fecimus,
 vel permisimus; nullaq. sit aut Theologos, aut philosphos, in qua
 suppositione chimerica n. audiant, audiri ve non possint; opera-
 pretium est universalissimam istam causam decidere. Maxime ut nihil
 frequentius in academia, pterim vero in hac nostra maa, quam usus
 vel abusus Laur, aut Vituperii suppositionis chimericæ: adeo quidem
 ut ipsa omnino mihi videatur Dea fortuna, quæ Plinio maior lib. 2.
 cap. 7. altè, & singulariter describit: Toto quippe mundo, & locis omnibus,
oibq. q. horis, aij. vocibq. chimera sola invocatur: una nominatur, una accusa-
tr, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cui convicij,
colitur, volubilis; à pleriq. ve ex caeca etiam existimata, vaga, incondanti, incerta
varia, indignorum, factrix: Et in rabe mortalium sola utramq. paginam facit.

Sectio prima.

An Suppositio chimerica sit aliquando utilis, vel potius tã
 quam inutilis damnanda.

Nota. 1. Suppos. impossibile, e. ppos. illa, qua intellectus noster 1.

sub additione alicujus chimerae dubitat, aut iudicat, quid tunc obiecto veni-
 ret, si non veniret. Ex. g. si Deus per impossibile foret multiplex, essetne im-
 perfectus? Et respondet, desinit quod intellectus, Effet. Aut e. 2. Si Deus non
 haberet relationes, aut tres personarum, si immensitate oia non replet, adhuc
 foret persona, et sapiens. Quapropter iudicium ipsum additionatum nisi intellectus
 defectus in ipso existens e. hypotheticus, h. suppositio fortis: dicitur chimera,
 sive staty obiectivus impossibilis, qui nec affirmatur, nec negatur, dicitur obvia
 suppositio: alicuius staty, seu transmutatio, quae sub illa additione inveniuntur affirma-
 tur, negatur, et ipsius obiecti additionatum; quod aliq. revera e. impossibile, ut
 imperfectio Dei sub pluralitatis additione, aliq. vero possibile, ut sapientia
 Dei sub additione non habite immensitatis, aut relationis ad intra.

2 Nota. 2. suppositio obiectiva, sive accepta, sorsim. n. e. indepen-
 denter a vici cognitionibus, et suppositio fortis, ac intentionalis, h. fingentibus,
 vel usurpantibus staty, quendam chimericam, tamquam medium, ad affirmandum
 seu negandum, suppositio, inquam, illa in vtilitate omnino e. q. disputabilis
 decidendis, veritate affirmanda, falsitate ve. rejicienda. Ad q. vici e. evidens:
 tum quia intellectus noster non dubitat, disputat, discutit, aut decernit forte
 per ipsa obta; etiam si ista realia sunt; multo q. minus per impossibilia,
 utpote quae nihil sunt, aut esse possunt; sed per suppositio fortis. Tum quia
 intellectus noster, vbi predicatum repugnare cognoverit subto, illud absolute non appli-
 cat; sed tantum sub aliquo intentionali actu assumente tamquam additionem
 aliquam chimerae, et repugnans; ut exemplis vidimus, et quicq. expe-
 rimento sentit. Quapropter non disputamus modo, an utilis, h. inutilis sit
 chimerae suppositio obiectiva, ut sorsim a denominatione vici, actus, ac-
 cepta: sed unica q. e. vel de forti denominatione obiectiva, h. de obta
 ut denominatione per forte.

3 Nota. 3. suppositio tam precisiua, quam iudicative reflexay longe
 diversa esse a suppositio chimera. Suppositio precisiua appellat illa, quae
 assumit precisionem, seu abstractionem alicuius predicati essentialis, ut additionem
 sub qua intellectus disputat, decernit q. minus, quae tunc ad ipsa esset fe-
 renda: Ex. g. haec suppositio, et interrogatio additionata, Si Spiritus S. non pre-
 cederet a Filio, an ad ista distingueretur? Reddere potest hunc sensum, Si
 praecederemus a conceptu, et modo precisionis, eamve non exprimeremus, aut
 recorderemur, superesset ne argumenta nobis, quibus probaremus reale spiritus

Sancti a Filio distinctio,? Suppono iudicative reflexa, vobis illud iudicium
sive affirmativum, sive negativum, quod affirmat, tanquam additionem aliam,
quod modo non potentes existere in intellectu, potentes tamen absolute existere
absolute quod iudicare, rursus qua disputatur, aut resolvitur iudicium, quod tunc
habituus est intellectus. Ex. g. dicimus, Si Deus non esset immensus, aut re-
latu ad intra (id est si per intellectum nostrum non esset immensus, aut relatu) ad-
huc foret intellectivus. Nempe quamvis immensitatis, aut relatu ad
intra negaret, non ideo sapientiam negare cogereris. Itaque suppono precisiva
et iudicium, sicut requiritur, ut additionem, quidem apprehensionem, quando
fuit incidens, ut additionem, vel aliud iudicium: reflectitque appereat,
supra unam apprehensionem, et supra unum iudicium. Suppono. a. iudicative
reflexa tam ut additionem, quam ut additionem respicit iudicia nobis
absolute possibilis, supra illa quod reflectit. Et ideo utraq; hypothetice nomi-
ne omni possibilis reflexa, h. possibilis mentalis appellari posset.

¶ Nota. 4. Suppono istas reflexas possibilis (sicut alias possibilis
directas) utiles merito existimari, ut quaestiones proponant, decidantque;
atque ut veritates explorent. Ille enim apta possunt esse rasilis fortibus
examinandis, a quibus intellectus defacto, et absolute iuvat ad affirman-
dum, h. negandum aliquid predicatum. Quod pro exemplum, nuper appositum, ali-
ud iterum demonstrat etiam, nempe, An si Deus esset corporeus, foret adhuc
summum intellectivus? Cui quaestioni negando respondere solent. Quippe si
corporeitas affirmaret, h. Deus apud te, et tuo iudicio corporeus foret, tunc
certo necessario duceretur ad negandum, h. non occedendum ipsi Deo summam
sapientiam: nam de facto quilibet corporeitas, de aliquo affirmat, perfectissi-
mam sapientiam, de illo negat. Sed a priori iterum suppono, et quod saepe
fortiter ex. g. animalitas, et rationalitas, tametsi in uno subiecto
sint diunctae, in alijs tamen omnino, et mutuo separantur, ut in Angelis
et brutis: inde intellectus furnit occasiones dicendi, quamvis homo non
esset animal (apud me videlicet) adhuc foret mihi rationalis: adhuc
etiam distingueret a brutis. Angelus enim quod sit animal a brutis dif-
fert sua rationalitate. Sape vero quod inseparabiles sunt omnino, et quovis
modo acceptae, ut homo, et animal rationale, intellectus ex hypothese
affirmari, h. negari vni fortiter discernit. Additionem affirmare, vel
negare alterius. Sape tandem sunt partes separabiles, et partes insepa-

rabiles, ut gradus intrinsece, & essentialis superiores, & inferiores: atque
ita prioribus negatis, posteriores sunt negandi, n̄ ē s̄: & prioribus affir-
matis, n̄ ideo sunt posteriores affirmandi; secus ē s̄. Ut in substantia
& rationalitate perspicue formari possunt exempla; idq; liquidig. ex dis-
putatione de cursu fiet.

5 ¶ Assertio. Suppos per impossibile, seu chimerica disputatioib; eno-
dandis inutilis ē, implicandis v̄, atq; turbandis maximè idonea; ve-
ritati q; decernenda peritig inimica. Antiquissimig huius snie patronus
fuit Gotsfredus, ipsiq; deinceps imitati sunt Gabriel, Gregorius, & Maxi-
lig. Sed quod me summopere delectat, ē apertus patrocinig Magni Suarez
lib. 10. de Dinit. cp. 2. a n̄. 10.; atq; nri Gregorij de Valentia tom. 1. d. 2.
q. 10. p̄. 3.: a quib; dissiidore n̄ videtur L. Torres. 1. p. q. 30. ar. 2. Neque
tot sunt nobis adversarij, quot vulgo à n̄nullis recentiorib; existimatur,
ut scilicet. seq; liquido stabit.

6 ¶ Probo assertionem meam apud antiquiores vulgari. Suppos, ex qua
inferuntur aequè duo contradictionis extrema, inutilis ē, & potig confundit
qm̄ explicat veritatē. Sed talis ē omnis suppos chimerica. Ergo est.
Maior sane videtur. Sum q̄ illa suppositionis species sternere sole-
mus, ex qua (ut dicim;) sequitur utrumq; . Sum q̄ ex impossibili se-
quitur quodlibet, nempe utrumq; contradictionis extremum; cum impos-
sibile ipius actu positum, & suppositum sit unctum oppositum, atq; iden-
tificatum ex duob; contradictorijs extremis: ubi autem sequitur quodlibet, ni-
hil etiam sequitur, nam unumquodq; contradictorium ē nihil, & carentia al-
terig ut identificati cum illo, siue, unum existere ē alterum n̄ existere,
& propterea utrumq; existere ē quodq; neutrum existere: q̄ utrumque
existentium ē absolute, & conditionate ē etiam eodem sensu neutrum exis-
turum. Nichil igr̄ ex supposè chimericà colligitur, quamvis utrumque
etiam cum falsitate, & veritate inferat. Minor se ipsa satis explicata
censeri debet: ē. n. omnis suppos chimerica unctio duplicis gra-
dicati contradictorij, seu potig ē indivisibiliter, & per identitatem duplex
contradictorium. Ergo merito intellectus noster inferre valet aequè unum, ac
alterum contradictorium. Omnis igr̄ suppos chimerica p̄fata solutiva ē.

7 ¶ Sent omniter, in hypothesi chimericà attendendum ē vice, vel
praequè ad propositionis gradicatum: ex p̄dicato. a. n̄ sequitur duo

traditionaria: ex. g. dicit intellectus, Si Deus est corpus, Deus est im-
perfectus: nam licet ex t^{ro} Deus constituitur subiectum, inferat, Deum
n^o esse imperfectum; at iuxta vulgare, simpliciter disputantibus, pactum
Quintaxat indicitur q^d conexione stineat predicatum; quia ita discorra-
mus: Omne corpus est imperfectum: id Deo (ex hypothese) est corpus.
id Deo est imperfectum.

¶ 2^a. 1. Nam ex se subiecti, siue suppositi in se chimarica ide,
amirio est, aut esset, Deum esse corpus, et corpus ee Deo. Ergo si
a parte rei poneretur, Deus ee corpus, etiam a se rei Deo est imper-
fectus, et perfectissimus, siue n^o imperfectus. Sed intellectus iudicat x
merita, precipue vero immata, subiecti sui: q^d modo dicere valet,
Deus foret imperfectus, et non foret imperfectus. 2^a. 2. Et pinge
de facto iam Deo ee corp^o: equidem intellectus statim dicit, hic iden-
tificantur Deus, et non Deus, perfectus, et carentia eiusde, perfectio;
atq; id ee perfectus, et n^o perfectus. Ergo modo per supposita, edita
onata, dicere etia, valet: Deus id ee foret perfectissimus ee, et non
perfectissimus ee; atq; identificarent omnino, et simul non iden-
tificarentur Summa perfectio, et negatio eiusde, perfectiois: num-
quidq; eni, est, et esset actualiter identificatio, et n^o identificatio cu^m altero.
Contra. 3. nam etia, attento hypotheseis predicato inferimus dictione, aut
potius nihil inferimus: dicimus. s. in hunc modum, omne corpus est non
Deus: id Deo (ex hypothese) est corpus: id Deo est n^o Deo

¶ 2^a. 4. Nam et subiectum, h^o predicatum sunt denominades obiecti extrinse
de sumpta. s. a^o successionis ordine, que n^o vice servant; adeo quidem,
ut sicut vna simplicii qualitate iudicamus predicatum de subiecto, mu-
tu^o et aque utrumq; intentionaliter iungente, ita vna simplicii appre-
hensione, aut duob^o indifferentib^o ad sub^o, h^o predicati denominades, pres-
tandas terminos subiecti, et predicati apprehendimus, aut salte, appre-
henders^o possum^o. Ergo pactum illud inferendi potius ex predicato, qm ex
subiecto, et nullu^o, et iniunctu^o, et a^o quovis libere dissolubile est. 2^a. 5. Nam
ex solo predicato reorsim accepto, et p^ociendo a subiecto nec fit hypothe-
sis possibilis, neq; impossibilis; neq; etia inferri potest carentia per-
fectionis debite; id tantu^o ex corpore ut divinitate identificato, sicut
ex corpore Deo. At ex corpore Deo aque Summa, debita q; perfectio

atq; eiusdem debita perfectionis carentia inferuntur necessario. Ergo pactum illud oppositum inobservabile est.

10 ¶ Probo. 2. assertiones, et proxime dicendum. Id ipsum modo iudicat aditionate intellectus non necessario, quod iudicaret absolute, si actu esset, et opponeret illi Deo tamquam corpus verum. Omnia. s. iudicata siue contradictoria, siue non contradictoria moventur iudicium eo modo, sennu, et statu, quo ipsa existere supponuntur. Itaque intellectus tunc necesse, et absolute duo inferret contradictoria, si nullus inferret: cum enim illa clare videret, eo ipso ea iudicaret: nec esset ulla ratio, ob quam vbi ambo aequae apparent, aequae etiam non affirmarentur; nisi forte quia intellectus incapax aliquid videndi, et suspensus mansurus tunc existimetur, ut merito estimari poterit. Ergo modo aditionate, si duo inferret contradictoria, si nullus inferret. Duo. a. vel nullus inferre aequae veritati explorande aderratur: nam vbi duo contradictoria inferuntur, amba illas sunt falsae, sicut verae, sunt enim difformes, et conformes suis obiectis; et vbi nullus inferretur, nihil verum colligitur.

11 ¶ Explicatio. 1. Unaqueque illarum aditionalis et conformis, et difformis suis obiectis; obiectum. n. ita se haberet, sicut a nobis affirmatur aditionate; et simul ita non se haberet, involveret videlicet contra contradictoria. Sed conformitas est veritas, et difformitas est falsitas. Ergo nulla illas est magis vera, quam falsa: atque ita omnia est inutilis, ut verum a falso distinguatur. Explicatio. 2. Si Deus est corpus, Deus est tamen Deus, et non corpus, quia Deus ex sua essentia est tamen Deus. Excludendo corpus. Et simul non est tamen Deus, sed tamen corpus, quia corpus est aliquid, quod tamen est tale excludendo Deus. Ergo nulla propositio illata potest fugere falsitatem; cum inevitabiliter obiecto suo contraria evadat. Explicatio. 3. De facto contra adversarios ambae illas oppositae sunt verae; et quidem essentialiter: sed omnia propositio opposita vera est falsa: quia ambae illas sunt falsae.

12. ¶ Probo. 3. Suppono illa esse celeberrima, An si Spiritus S. esset simpliciter a Filio, reate ab ipso distingueretur? non disputat de Spiritu sancto et Filio modo existentibus, sed tamen de chimericis, aut praesidentibus a chimericis, et veris. Ergo quod sub illa suppositione omnino inutilis est. Insequam probo: nam Spiritus S. chimericus poterit distingui, vel identificari a mente, et arbitrio,

fabricantur illy: quippe intrinsecus Spiritus aliqui sunt distincti
alii vero indistincti a Filio chimerico; Spiritus. s. improductus a Filio tam re-
pugnat quam sit idem cum Filio, quam qui distinctus. ut. Ant. a. immune
intrinsecus Theologus. Cicer. D. Vasquez. aliquibus excipienda videatur;
illudque solide firmaverunt Suarez, & Valentia citati.

Suarez quidem. Nam in primis extra omnes questiones, et debet,
has nunc Personas, si ipse manere supponatur, semper, et in quavis hypo-
thesi distinguendas esse reals: tum quia ille forte distinguitur per id ipsum
quod sunt: tum quia Spiritus ex. g. nullus, nec est relatiuus, quod in re, et per
se totus in omnia sui non sit est relatiuus distinctus a Filio. Insipienter
igitur disputaret, An hic Spiritus idem nunc manens distingueretur a Filio?
quippe distinctionem negare aperta foret in tris implicatio, seu assensus, et
dissensus. Deinde supponit eadem dum fingit hunc Spiritum. non precedentem,
a Filio, destruit forte hunc nunc Spiritum: huius. n. simplicissima relatio
est tota indivisibiliter processio a Patre, et Filio, tamquam ad unicus principia, et
Spiratore: quapropter dum in supposito destruitur hac processio, destruitur
etiam per locum intrinsecum, et fortissime hac Relatio, et hic Spiritus. Spiritus de hoc
Spiritu. s. intantui nequit illa disputatio sub hypothese impossibili, esset vi-
delicet non minus videnda, quam ista, An si hic homo sine hac rationalitate perse-
veraret, foret hic rationalis.

Valentia vero in hunc modum optime discurrat. Si Spiritus. s. essentia
quidditas de eadem perseverare in se supponatur; ois hac disputatio leuissimum
erit. Nam cum dicitur Spiritus. s. per illud ipsum quod est talis Persona, realiter
distingui a Filio; si supposito quod non paderet a Filio, et quod nihilomi-
nus est, quareretur, An distingueretur a Filio; perinde id esset, ac quierere,
An supposito quod non paderet a Filio, et quod distingueretur, distingueretur
ab eo; quod non nisi pueriliter admodum, et insipienter potest queri.

Explicatur tota pars. Dux solutione supponit Spiritum. s. ut impro-
ductus a Filio, vel agnoscat ipsum, ut essentiat productus: vel prescindit ab hac
fortitate Relatio. essentiat per Filium productus? Si agnoscat: quod ipsa suppositio
implicat forte in tris, dicit nimirum, Si Spiritus, qui essentiat, et fortissime
est productus a Filio, non est productus a Filio: est etiam forte ita dicere, Si hac
productio non est hac productio: aut, Si Spiritus hic non est Spiritus hic: qua sane evi-
dentur sunt insipientes, et videnda locutiones. Si prescindit: quod nec facis

suppos, additionata, vultum v^o per impossibile; quandoquidem tunc n^o vides ab-
soluta, repugnantia, illis improductiois, neq; loqueris deitate de hoc Spiritu
sed de alio, h^o procedente a producto. Et improducto, nempe a chimerico-creali;
quandoquidem illas habet circa sp^u cognitione, quae n^o discernit p^o ductu ab
improducto.

Tandem alia afferre posse probas, quas modo p^otermitti; aliquas tamen,
brevitatis, & claritatis modo oppositis objectionibus intererit; nulla n^o ut exis-
tens, efficacior n^o sententiae afferri valet firmas, qm. argumentorum, & leue
pondus, & grave futuro, declarare

Seccio secunda. Argumenta contraria.

Im^o et celeberrimuz argumentuz sumit ab auctoritate, & exemplis, Pa-
trum Concilij Florentini, in quo saepe Latini s^o Graecor p^obabant Spirituz San-
ctuz a Filio procedere, quia distinguitur a Filio, disputantes. s. in hunc moduz:
Si Spiritus n^o procederet ex Filio (ut Graecia interdebant) neq; distingueretur ab eo
Rationaliter. Sed hypothetice ista chimerica erat: Ergo genus disputandi, & ve-
ritates examinandi ab hypothese impossibili vtile reputari debet.

Ego summo pere mirari soleo, hac argumto adeo sp^udenter supposes
impossibiles laudari; cum t^o revera illud sit illustre n^ore doctrinae firma-
mentuz. Quippe Latini nihil aliud arguenter interdebant, nisi illa sup-
poe, ee chimerica, atq; ut ea tales sp^uterentur Graeci, ut ex ipa duo inferre
deberent p^odicata stradictonia, distinctionis, s. quam etiaz Graeci recedebant, &
indistinctionis, quaz negabant. Et certe nihil gratiaz Romanis argumentatoribz
evenire poterat, neq; ipis. alig erat optatissimuz p^onis, qm. audire a Responso-
ribz Graecis, p^ofatuz improcessionis hypothese esse mala, h^o chimericaz. Imo
Latinorum, sententia, tunc optima, ee patuit, quando supposae (a Graecis igno-
rantes, h^o infideliter, ut vera, quide, factaz, a Latinis. a. sumtaxat permiffa
atq; ut chimerica, & absurda, cognita, simplicatoria, & mirumie admittē
da, Graecis etiam ipis conditit. Sed p^opterea tunc optime responderunt,
quando supposae pessima, ee viderunt, & declararunt: quap^opt^o ista con-
fessio n^o fuit, aut esse potuit vel principiu, disputandi, h^o mediu, veritatem
examinandi, sed totuz questionis p^onis, & s^o Scismaticos victoria. Ergo po-
tius ob thariaz cauzar chimerica supposae in scholis ad disputanduz adduci
solita, atq; ut tales ab utroq; disputatore cognita, nec possunt aliquid

lucis, aut veritatis amodo afferre, neq; ab argumtatore affurri,
aut a responcore nisi per ignorantia admitti.

Illud deinde opponim; adversarij, nullo. s. argumto pbari posse,
quod latine chimerica suppo. disputaverint: modo enim illis fuit in v'su
reflexa suppo, quam n̄ semel expreuerunt, nominatim v's. 25. & qua
nia Traci suspicant: modo. a. e. guide, fere' semper ppoib; absolutis dun-
taxat agebant, ex. g. In divinis sola pccisio vni; ab alio multiplicat
Personas: s̄. Sptur. s. & Filij multiplicantur: q' ad pccisio vni; ab
ab alio. Quod inde etia; valide affirmat, q' Sancti Doctores in Flo-
rentinis disputatib; allegati assertionib; n̄ chimericis, aut reflexis, sed
veris, & absolutis catholicis Sptur. Sancti pcedentis veritat; docuisse legunt.

2^m argumtu; implorat S. Patru; auxiliu; in quib; n̄ raro hy-
poteses chimerica deprehendi dicunt, qualis e' illa Augustini lib. 5. de tri-
nit. ep. 5. et si Later Filius n̄ genuisset, nihil phideret, eum dicere ingeni-
tum. Ceteru; verba ipia satis reflexa suppo. indicant. Quapropter
licet verboru; cortex nunquam hypothesei impossibile; sonare videatur,
possibile; tñ semper stinet, quia etia; sapientu; ipi Doctores Sancti
expreserunt. Sit pro reliquis accipiendis illustris in hac mda norma,
Gregori; Nysseni in Epist. 2. Avollinare; disputans in hunc modu;: Si Deus
Verbu; negaveris, dixeris q' cum Deo & Patre n̄ ee, mois experte; ac bel-
luinu; predicaturus e' Deus: si v's Spiritus a Deo reiuixeris, tunc fiet
vt mortuu; quendam, n̄ viventes, asseras Deu.

3^m argumtu; adducit exempla, a quibusdam apud Scholasticos quorū
nib; supposet chimericas, vt videtur, importantib;. Ex. g. An si Spiritus
Sanctus n̄ pcederet a Filio ee? An si Deus n̄ foret immensu; posset tñ oia
educere? An si Deus eternitate n̄ existeret, cognosceret futura? Respon-
deo, istas quastiones, & alias similes in nullo dno sensu per hypothesei
impossibile; examinari posse, vt hacten; satis, maxime vero in 3. nodis
pbase ostendim; deincepsq; ad vltimu; argumtu; ostendit. Percipiam-
tr. q' illa quastiones suppoib; reflexis possibilib;, & etia; aliqda; ppo-
sitionib; illustrentur absolutis. Ex qua certe specie disputandi vni;quisq;
illis percipiet fructu; quos adversarij a sua hypothesei chimerica tot
mentis turbatib;, atq; patentib;, aut lateritib; fallitatis modis, &
nodis, frustra colligere sperant. Quapropter, vt bene L. Suarez loco citato

notavit, nec D. Thomas, nec alij Theologi antiqui sub hypothese chimeri-
ca disputarunt de Personis, et rebus presentibus, aut possibilibus; quia suppo-
sitiones ille manifestas involvunt traditiones, ex qua utrumque inferri
potest, immo in qua utrumque stinet, et dicitur.

4^m argumentum est vulgatissimum, in connexionis Dei essentialis exemplum.
Dicimus nimirum: Si formica repugnaret, Deus ipse deficeret: id hoc veri-
ficari non potest ex hypothese reflexa; nam si quis negaret per ignorantiam
formicam esse possibilem (ut multa re ipsa possiblea modo aliquo negamus)
non ideo cogeretur negare omnipotentiam, aut alias Dei perfectiones: quod illud essen-
tialis connexionis genus duntaxat intelligitur sub hypothese chimericam. Respo-
ndendum quidem vulgare loquendi illud est: id se ipsa esse aperta, tunc implica-
tione, et acceptum delusione: propterea quod essentialis divina connexio non
suppositione chimerica repugnantis formica explicanda nobis est;
verum prope absolutam, statumque reali, et presenti, ⁱⁿ hunc. s. modum: Deo es-
sentiale est predicatum denominans omnes creaturas posibles, quas modo tales
denominat, et per suas scientias cognoscit, Qui loquendi modum observari
etiam debet, et solet ab omnibus illis, qui negant, a nobis, et a Deo cognosci ul-
tra chimeras tamquam obta ab omnibus possibilibus diversa.

Quapropter qui divinam necessitatem, et independentiam commendant
ex negata Dei inxione cum creaturis, eo quod ipse perseveraret, illis et-
iam repugnantibus, nuda, et inania verba afferunt. Nam cum Deus predica-
tur perseveraturus, etiamsi hoc esset impossibile, et loqueris de homine isto
Petra, qui ita essentialiter est possibilis, et ab eo impossibile essentialiter dis-
tinctus, et ipse rationalis est, et non irrationalis: et de alio homine, qui impossi-
bilis re ipsa est, quamvis voce nobis communi appelletur homo? 2^m nec
est ad res presentes, nec divinam independentiam commendat: quandoque de
ea voce etiam ego perseveraturus sum repugnantibus quibuscumque hominibus
chimericis. 1^m a. videtur omnino puerile, et nullius significacionis asser-
tum: quis. s. non stemnat dicentes, Si homo non est homo; si homo est homo;
et possibilis, et non nec homo, nec possibilis est, adhuc Deus permaneret?
De quo. n. loquebaris, ubi homines nominasti? Non minus quidem
sine sensu loquereris, ac si ita diceret, Deus perditurus est, et si Angeli
ipsius amarent, et non diligerent: viderent, et non cognoscerent: singuli quod
realiter a se ipsis essent distincti. Nihil ergo dicimus, id phantasmata,

et mortua verba loquimur, perithacas emulamur, futiles deliran-
tes, si Dei elevare, et a possibilitate altitudine, a mentibus illis
fatis, et chimericis suppositis laudare tentemus.

Ultimus argumentum. Hypothesis impossibilis se ipsa cognoscitur a
nostro intellectu. Et hypothesis impossibilis si aliter fieri debet, nisi ea cog-
noscendo: quod ipsa potest fieri, quia eis se inviduat assensu, et diffinitionem
simul apud intellectum coexistentes, atque utriusque etiam per disputatioibus illa af-
ferri valet.

In primis plures merito ideo negabunt Maiore, quia ab intellectu
creato, et increato nulla obiecta chimerica cognoscuntur: quod nihil probabilis-
simus est. Chimera enim ista, Identitas Dei, et Angeli non existit in aliquo pro-
dicato pure chimerico, obiecto ve medio, atque diverso ab ipsis Deo, et An-
gelo: alioquin etiam per impossibile pareretur a se rei illa identitas,
Deo et Angeli nec intrinsece mutarentur, neque mutuo identificati forent; quod
quidem non pareretur nisi obiectum, a Deo et Angelo maxime diversum, et
omnino extraneum. Ergo chimera illa nulla est obiective cogenda, nulla quae
agnoscitur chimerica inter Deum et Angelum, identitas. Unde tunc est chimera,
et identitas intentionalis, actus, et essentialis saluus, et ex suo modo
tendendi identificans Deum et Angelum. Quapropter haec propositio, Identitas Dei
et Angeli repugnat eorum in mente nostra habet contra sensum: identificatio
intentionalis Dei, et Angeli obiectis ipsis essentialiter repugnat: et omnino
salva, et pugnant cum dignitate obiecti: pugnant intentionaliter Deum
et identitatem eius cum Angelo, quatenus propria Dei spiritus, et actus ipsius
identificans cum Angelo mutuo se a nostro intellectu expellunt. Propono
etiam istam Axiomam, si existeret, de huiusmodi Deo, hanc habet signifi-
cationem, Axioma intentionalis Dei, Deum intentionaliter de huiusmodi Deo, et
quae existens, meo intellectu affirmare deberet, per actum saluum (possi-
bile tamen utrumque) negaret; atque ita existentia Dei intentionalis, siue apud
intellectum de huiusmodi Deo, ut apud Barbaros si semel est destructa. Falsis igitur
hypotheses chimericae supponuntur, et nulla a nobis, ab Angelis, et a Deo
cognoscuntur.

Deinde 2^o eandem Maiore, sic ego retorques Maiore obiecta: Hypothe-
sis impossibilis non aliter fieri debet, nisi ea cognoscendo. Et hypothesis
impossibilis fieri non potest: quod neque etiam cognosci. Quod a hypothesis im-

possibilis fieri si possit, stat ex parte, sicut etiam quia Deus ex. g.
 e' qui essentialiter existit: q' ois intellectus, qui ea hypothese faceret, si
 Deus si existeret, ita forte in sua mente se haberet, si qui existeret si exis-
 teret: quod certe recipiendi generis in nullo intellectu existere
 valet; At tm in vocib' existentis, si alit' ac deus ita loquimur, qui existit
 si existit, aut, qui existeret si existeret. Dum q' omnis chimera e' du-
 plex contradictoria: q' nulla rase posset etia' aditionate pponi, affirmari
 chimera, nisi p'prie stinente assensu, et dissensu.

Ex quib' unus ad proxima disputatio maxime observanda est:
 oer. s. hypotheses chimericas facili, et breui arte repudiari posse. qui n.
 ita p'p'uerit, si Deus si esset immensus, adhuc foret sapiens; refutanda est
 1^a rase subiecti, aditionis, seu hypothesis: 2^a rase p'dicati aditionati.
 Rase q'q' subti aditionis, q' vel loquitur de isto deo vero, et eius immensi-
 tate snexo: vel de alio chimerico, seu ad chimericum parato. 1^a e' implicato-
 toria, ut patet, atq; ita duplicis contradictoriae p' arigo: et est etia' falsus, nam
 cum iste Deus si existeret, neq' sapiens ipse foret. 2^a rase omnino impertinens
 est; nam Deus si magis exigit sapientia, qm' eius carentia, si chimerica sit,
 ut in. 3. p'bat' patefecit. Rase. a. p'dicati aditionati ita reijciatur: Deus nec fo-
 ret sapiens sapientia p'enti, q' ista si solus essentialiter e' immensitas, seu
 cum immensitate per se forte snexa, ut sit alia diuina fortitas, veritatis
 representat essentialiter immensitatis; atq; ita variato obta illa etia' variaretur:
 neq; foret sapiens per alia sapientia chimerica; quia illa, ut pate chi-
 mera repugnans, nec Deus hic esset, neq; deo ssona, neq' perfectior foret.

Quodsi alicui nimis durum videatur familiaribus, atq; de sua Theo-
 logia optime meritis chimericis suppositoib' se a nobis tandem spoliari: ad-
 vertat cum p'prie ipse, hypotheses chimericas sine obiectis pure chimericis
 et entibus mois scribere si posse: entia. a. raris plures si solus antiquis, sed
 etia' moderni negauerunt. Advertat insuper, et p'cipue a nemine hactenus
